



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

149-15028



L

M. Capella. 399401
MARTIANI
Minei Capellæ Carthaginensis de nu-
ptijs Philologicæ, ex septem artibus
Liberalibus
Conuentus Carmolitar. Excalulatorum
LIBRI NOVEM *Lugdencensium.*
optime castigati.



L V G D V N I
Apud Hæredes Simonis Vincentij.

1539

VILLE DE LYON
MUSÉE du Palais des Arts

Ordo materiae & librorum.

De nuptijs Philologiae & Mercurij, libri duo priores.	fo. 1.
De Grammatica, liber tertius.	fo. 59.
De Dialectica, liber quartus.	fo. 110.
De Rhetorica, liber quintus.	fo. 157.
De Geometria, liber sextus.	fo. 216.
De Arithmeticā, liber septimus.	fo. 273.
De Astronomia, liber octauus.	fo. 315.
De Musica, liber nonus.	fo. 353.

Omnia nitide impressa.

Re. Fragrius.

Solute ô Mynie classem de Phasidis oris:
Grecia phrixæ uellera nescit ouis.
Ecce uehit Lybicæ aurea tergora musa Capella,
Punica que Latio nomina Marte gerit.
Huc igitur remos Argo compellite nauta:
Vos sine Medea tollite dinitias.

Martiani Capellæ uita.



ST E Martianus genere Cartha
giniensis fuit, studuit autem primum
Philologie, postmodum poëtrie,
partim quidem Roma, et partim
in Italia floruit, unde culpat se,
cur deseruerit philosophiam, con-
uertitque ad poëtriam. Aedidit
nanque libros nouem, duos scilicet de nuptijs Philolo-
gia, et Mercurij. Postiores uero de liberalibus arti-
bus, in quibus quedam presigmenta differens, quedam
rei ueritatem exequens, operi finem dedit. Interpreta-
tur autem Philologia, amor rationis. Mercurius uero,
quasi mercatorum Kyrios, id est, dominus, uel medius,
currens, sermo discurrens, quia inter mercatores sermo
discurrit: quia hermes Græcè, Latinè sermo dicitur. Tit-
ulus autem huius operis quatuor dat nomina authori
suo. Sed cur Mineus dicatur, incertum est, nisi forte à
quadam corporis rubidine. In principio uero sui se-
ptem periochæ, id est, circumstantie requirendæ sunt,
que significant locum, tempus, personam, rem, qua-
litatem, causam, facultatem. Item quos imitatus fue-
rit, Socratem uidelicet et Epimenidem, que omnia
ostendunt libri huius auspicium preter tempus,
quod requirendum reliquit, et nec adhuc cla-
ret, sed incertum manet. Titulantur hi duo libri de
nuptijs Philologie et Mercurij, et non absque ra-
tione. Cum enim Philologia, amor rationis in-
terpretatur, Mercurius uero in significatione
sermonis ponatur, patet profecto, quia quibus
inest ratio, ac uigor sapientie, que propalatur,

VIIII DE LYON A 2 per

Martiani Capellæ uita.

per sermonis acuminæ in ipsis quasi competētes nuptiis.
Titulus iste quatuor modis nomina dat suo authori, &
Martianus suum est ipsius authoris proprium. Mīneus
dictus est, ab habitu faciei, id est, à caloris qualitate, ru-
bicundus enim fuit, sicut & Cicero è cicere genere legu-
minis uocatus est, quia candidam & acutam habuit fa-
ciem. Felix ad bonum omen pertinet, solebant parentes
tenerè filios diligentes, huiusmodi eis nomina imponere
ex rebus, quas illis optabant, ut faustos, uel Felices, uel
Magnos eos uocitarent. Capella dictus est, ab acumine
ingenij, Capella enim cæteris animalibus acutius uidet,
unde & Græcè dorchas uocatur, à uerbo doreo, id est, ui-
deo. Vel Capella dictus est, à petulantia, & à lasciuia
poëtali, ad quam se relicta Philosophia transtulit. Poëta-
rum enim est ludere & lasciare. Philosophorum autem
rerum ueritatem subtili ratione inuestigare. Siue tertio
modo Capella dictus est, quia capella audiū animal est
in pascendo, & iste audiissimè disciplinas aggressus est,
easq; carpsit & dilacerauit. Martianus iste genere Afer,
ciuiis uero Carthaginensis, dignitate tamen Romanus ex-
titit: quia ostenditur ex eo, quod quadrimomius fuit, nul-
li enim hoc nisi Romano ciui licebat. Floruit autem uel
studuit partim Romæ, partim in Italia, partim Cartagi-
ni. Volens ergo disputare de septem liberalibus artibus,
composuit hanc fabulam de nuptijs Philologicæ & Mer-
curij, non tamen absq; magni ingenij ratione: nam Philo-
logia interpretatur amor & studium rationis. Mer-
cius dictus est, quasi mediū currēns, quia sermo in-
ter duos seritur. Vel quasi mercatorum Kyrios, id est,
dominus, quia sermo maximè inter mercatores ui-
get.

Martiani Capellæ uita.

get. Philologia ergo ponitur in persona sapientiae et rationis. Mercurius in similitudine facundie et sermonis, ut Cicero dicit: Eloquentie sermonis copia sine ratione et sapientia nocet aliquando, raro aut nunquam prodest. Sapientia uero sine eloquentia prodest semper, nunquam obest. Cum ergo in sapiente haec duo conuenient, et acumen uidelicet rationis, et facundia sermonis, tunc quodammodo sociantur Mercurius et Philologia, tuncque promptissimum est ad scientiam septem liberalium artium posse accedere. Introducitur hoc loco quedam satyra, id est, Venus Martiani amica, hos uersus in honore Hymenei cecinisse, qui fertur deus esse nuptiarum, id est, natura= lium conce= ptionum.

A 3

Index

INDEX ME- MORABILIVM RE- RVM QVÆ HIS VOLV- MINIBVS CONTINENTVR.

Philologiæ, libri primi. Folio. 1.

D	<i>E usura centesima</i>	25
	<i>Euagrius citharista</i>	2
	<i>Iunonis ubera</i>	9
	<i>Lemnius faber</i>	4
	<i>Rifus Iouis</i>	9
	<i>Saturni exitium</i>	9
	<i>Sophia laus</i>	3

Philologiæ, libri secundi. 30

C	<i>Alliope</i>	36
	<i>Clio</i>	38
	<i>Erato</i>	38
	<i>Euterpe</i>	40
	<i>Genius</i>	48
	<i>Iunonis nomina</i>	47
	<i>Melpomene</i>	37
	<i>Polymnia</i>	37
	<i>Terpsichore</i>	39
	<i>Thalia</i>	40
	<i>Vrania</i>	35
	De arte	

Principalium locorum.
De Arte Grammatica, libri tertij. 59

A ccentus	73
Accentus nominum, pronominum, uerbo = rum.	79
Accentus aduerbiorum, participiorum, coniunctionum, prepositionum	82
Accusatiui casus accentus	79
Aduerbium	82
Analogia quid sit	84
Anomala	107
Coniunctio	83
Coniugationes quot	98
Coniugationum forma	98
Coniugatio prima	99
Coniugatio secunda	100
Coniugatio tertia	102
Coniugatio tertiae productio	109
Datiui casus accentus	79
Diphthongi	77
Fastigium quid	73
Formatio aut pronunciatio literarum	67
Grammaticæ officium quid sit	63
Grammaticæ partes quot sint	63
Interiectio	83
Literarum origo	50
Literarum natura	62
Literarum formatio	79
Mutæ quomodo connectuntur	68
Nomen	78
	Participium

Index

Participium	82
Pronomen	80
Syllabarum iunctura	72
Syllabarum natura	76
Syllabarum communium quot modi	77
Verbum	81
Verborum genera quot sunt	97
Verborum modi quot	97

Dialecticæ, libri quarti. 110

A Ccidens	117
Aequiuocum quid sit	123
Affecta inter se	143
Aliena verba que	121
Aliena quot modis sunt	122
Detribus que restant, id est, quando, ubi, ex habere	133
Declaratiue ex subiectiue quid sit.	139
Differentia	115
Diffinitio	118
Dividendi modus	119
Facere ex pati quid	132
Forma	116
Genus	118
Loci quid	124
Nominis quid sit	136
Opposita	133
Partiendi modus	119
Pluriuacum quid sit	122
Primus modus primæ forme	148
Proprium	110

Principalium locorum.

Proprium	112
Proloquium quid sit	149
Partes quae sunt	119
Qualitas	123. ex 126
Quantitas	123. ex 128
Quibus rebus uerba sua sint	122
Quid intersit inter diuisionem et partitionem	122
Quomodo convertantur syllogismi	141
Relatum	123. ex 129
Secunda forme syllogismi praedicatiui primus modus	149
Situs quid	133
Substantia quid	122
Subiectum et de in subiecto	123
Sumptum, et quid sit illatio	145
Syllogismus	146
Syllogismus praedicatiuus	147
Syllogismus conditionalis	152
Substantia secunda	124
Tempus	124
Tertia forme syllogismi praedicatiui primus modus	150
Totum quid	118
Verbum quid	137
Vniuocum quid sit	122

Rhetoricæ, libri quinti.

157

A Parte argumentum	120
A nota uel Etymologia argumentum	121
A genere ad speciem argumentum	122
A specie uel à forma argumentum	124

A s

A simili

Index

A simili argumentum	182
A contrario argumentum	183
A coniunctis argumentum	183
A consequentibus argumentum	184
Ab antecedentibus argumentum	183
A repugnantibus argumentum	184
A comparatione maiorum argumentum	185
A minorum comparatione argumentum	185
A parium comparatione argumentum	185
A scripto argumentum	186
A necessitate argumentum	186
A b <i>effectis</i> argumentum	184
A b <i>auctoriaate et testimonio</i> argumentum	186
Accidens	180
Animorum commotio	187
Argumenta	178
Auditorum et causarum genera	165
Argumentatio	211
Deliberatuum genus	174
De negoio argumentum	181
Demonstratuum genus	175
Diffimitio	179
Dispositio	188
Diffyllabi uersus	195
Elocutio	189
Elocutio quot modis fiat	198
Elocutionis figure	200
Exordium	206
Figurae sententiarum	197
Genus	179

Iudiciale

Principalium Locorum,

<i>Judiciale genus uel examinatio</i>	172
Memoria	203
Monosyllabæ	194
Narratio	208
Officium et finis Rhetorice	163
Partes officij Rhetorice que sunt	163
Partes orationis	205
Partitio	210
Pedes	194
Principales et incidentes questiones	163
Pronunciatio	204
Propositio	209
Proprium	180
Questio Rhetorice aut finita, aut infinita	163
Qualitas quid sit	168
Questionum genera	163.213
Species	160
Status unde	264
Status quomodo facile inueniatur	167
Trisyllabi uersus	196
Vbi et unde	163

Geometriæ, libri sexti.

A <i>Egyptus Afia caput</i>	253
<i>Africa</i>	249
<i>Africa interior</i>	252
<i>Africæ secundus sinus</i>	252
<i>Africæ tertius sinus</i>	251
<i>Arabia et Syria</i>	254
<i>Assyria</i>	258
Babylonia	

Index

<i>Babylonia</i>	262
<i>Cappadocia</i>	257
<i>Circuitus terre</i>	228
<i>Dimensio terre</i>	229
<i>Divisio terre</i>	232
<i>Diameter</i>	365
<i>Ergastica schemata</i>	268
<i>Europa primus sinus</i>	241
<i>Europa secundus sinus</i>	241
<i>Europa tertius sinus</i>	242
<i>Europa quartus sinus</i>	247
<i>Europæ dimensio à septentrione</i>	248
<i>Euphrates magnus fluvius</i>	255
<i>Figura plana</i>	268
<i>Hemicyclum</i>	265
<i>India</i>	259
<i>Insulae Siculi freti</i>	241
<i>Insulae Tyrrheni maris</i>	238
<i>Italia descriptio</i>	235
<i>Latitudo terre</i>	230
<i>Linea</i>	265
<i>Longitudo terra</i>	229
<i>Macedonia</i>	244
<i>Mauritanie due</i>	250
<i>Mons Pyrenæus</i>	235
<i>Narbonensis prouincia</i>	235
<i>Phrygia prouincia</i>	256
<i>Planus angulus</i>	266
<i>Positio terre</i>	224
<i>Pericus sinus</i>	259
<i>Repetitio</i>	

Principalium Idcorum.

<i>Repetitio aliquarum terrarum</i>	263
<i>Rotunditas terre</i>	258
<i>Sardinia</i>	239
<i>Sicilia</i>	240
<i>Schematum genera</i>	268
<i>Solida figura</i>	271
<i>Terræ zone</i>	226
<i>Terra, marisq; dimensio</i>	229
<i>Thracia</i>	249
<i>Thessalia</i>	244
<i>Vrbium conditores</i>	230

Arithmeticæ, libri Septimi. 273

D ecas	283
<i>De duobus numeris inter se incompositis, et per se compositis</i>	303
<i>Dias</i>	277
<i>Eunesas</i>	283
<i>Heptas</i>	281
<i>Hexas</i>	279
<i>Monas</i>	276
<i>Numerus quid sit</i>	264
<i>Numerus par et impar</i>	285
<i>Numerorum quatuor species</i>	287
<i>Numeri perfecti, et imperfecti, et plus quam perfecti</i>	288
<i>Numeri plani et solidi</i>	289
<i>Numerus quomodo fiat maior minor'ue</i>	291
<i>Numerorum partium ratio, et numerus multiplex, nec submultiplex</i>	292
Numerus	

Index

<i>Numerus superparticularis</i>	293
<i>Numerus de multiplici superparticulari, ex superpartienti</i>	295
<i>Numerus par ex impar, ex his cōpositus</i>	297
<i>Numeri incompositi</i>	299
<i>Numeri composti</i>	302
<i>Numeri per se incompositi</i>	304
<i>Octoas</i>	282
<i>Pentas</i>	279
<i>Superpartiendi numerus</i>	294
<i>Tetras</i>	278
<i>Trias</i>	278
 <i>Astronomiæ, libri Octauii.</i>	 315

A Cessus, defectusq; dicrum ac noctium	346
Aequinoctialis circulus	326
Antarcticus circulus	326
Brumalis circulus	325
Climata octo	347
Climata secundam dies aequinoctiales folio	347
Coluri circulus	324, 327
Fixa signa	329
Iouis stella	351
Luna circulus quod maior sit quam terra, ex ipsa luna minor quam tellus. folio	339
Luna minor orbe suo	339
Lune meatus	341
Lune partium defectus	344
 <i>Mundus</i>	

Principalium locorum.

<i>Mundus ex quatuor elementis</i>	320
<i>Mercurij stella</i>	348
<i>Martis stella</i>	350
<i>Orbes planetarum</i>	348
<i>Orizon</i>	328
<i>Obliquus circulus</i>	324
<i>Paralleli quinq;</i>	323
<i>Parallelus primus</i>	323
<i>Parallelus secundus</i>	323
<i>Parallelus tertius</i>	323
<i>Parallelus quartus</i>	323
<i>Parallelus quintus</i>	323
<i>Planetarum orbes</i>	336
<i>Quid sit spaciij inter circulos</i>	329
<i>Qubusdam signis surgentibus, que orientur, que ue occi dant</i>	331
<i>Quibus temporibus orientur, aut occidant signa</i>	333
<i>Qvod diuersis circulis distribuantur quorundam partes signorum</i>	330
<i>Qvod pro diuersitate signorum, dicrum, noctiumq; fiat inequalitas</i>	334
<i>Saturni stella</i>	352
<i>Septentrionalis circulus</i>	329
<i>Signifer</i>	328
<i>Solis cursus</i>	345
<i>Solstitialis circulus</i>	325
<i>Tropicus</i>	328
<i>Tellus quod non fit centrum omnibus planetis</i>	337
<i>Veneris stella</i>	349
<i>Zodiaci latitudines duodecim partibus folio</i>	343
<i>Musicæ</i>	

Index.

Musicæ libri noni.

353

D Actylicum genus	392
De aequali duplo, hemiolo et epitrito genere	389
Diastema quid sit	379
Genera permixta	395
Generis mixti species quinque	396
Harmonia septem partes	375
Iambica metra	393
Musicæ officium	371
Musicæ tria genera	374
Modulatio	384
Numerorum genera septem	386
Numerorum tria tempora	387
Paeonium genus	394
Pentachordis	383
Pes quid sit in numeris	388
Rhythmica genera tria	389
Rhythmicum tempus	387
Rhythmus quid sit	385
Sonus	375
Symphonia	372
Systema quid sit	381
Tetrachordorum genera	381
Tonus	382
Tropus	371
Vocis transitus	384
Vox	374

F I N I S.

MARTIANI
MINEI FELICIS.
CAPELLAE AFRI,
CARTHAGINENSIS, DE
NVPTIIS PHILOLO,
GIAE ET MERCVRII,
LIBER I.



V. Q V E M PSAL
lentem thalamis, quē ma
tre Camœna,
Progenitum perhibent co
pula sacra deū:
Semina qui arcanis stringēs
pugnantia uincis,
Complexuq; sacro, dissona
nexa foues:

Nanq; elementa ligas uicibus, mundumq; maritas:
Atq; auram mentis corporibus socias:
Fœdere complacito, sub quo natura iugatur
Sexus concilians, & sub amore fidem.
O Hymenæe decens, Cypridis qui maxima cura es:
Hinc tibi nam flagrans ore cupido micat.
Seu tibi quod Bacchus pater est, placuisse choreas
Cantare ad thalamos, seu genitricis habes.

Comœre

VILLE DE LYON

Biblioth. du l'Etat des Arts

Digitized by Google

2 Martiani Capel. de nuptijs

Comere uerniferis florentia limina sertis,
Seu consanguineo gratia trina dedit.
Connubium diuum componens Calliopea
Carminis auspicio te probat annuere.



V M crebrius istos Hymenæi uersicu-
los nescio quid inopinū, in tactūq; mo-
liens cano, respersum capillis albicanti-
bus uertice, incrementisq; lustralibus
decuriatū, nugulas ineptas aggarire nō
perferens, Martianus interuenit di-
cens. Quid istud mi pater? quod nondum uulgata mate-
rie cantare deproperas, et ritu nictantis antistitis, prius
quam fores aditumq; reserares γυμνολογίες? Quin po-
tius edoce, quid apportes et quorsum predicta sonuer-
int, reuelato. Ne tu inquam desipis? admodumq; perspi-
cui operis ἐγειρουμεῖον noscens creperum sapis? nec
liquet Hymenæo perlibante disposita nuptias resultares?
Si uero concepta, cuius scaturiginis uena perfluxerint
properus scrutator inquiris, fabellam tibi, quam olim sa-
tyra comminiscens, hyemali peruigilio marcescetes, me-
cum lucernas edocuit prolixitas perculerit, explicabo.
Cum inter deos fuerint sacra cōiugia procreationis un-
iq; numeroſe, liberiq; præclues, ac nepotū dulciū æther-
rea multitudo, et inter se quodam cælicolarum comple-
xu ac foedere potirentur, presertimq; potissimos connu-
bialis bearet adiectio, idq; deditum mundo loquax triuia
Euagrius citim diffultaret humanitas, poëtaq; precipue Euagrium
tharista. ciثاراستام secuti, cæcutientisq; Meonij suuiloquam
senectutem, epica uulgo, lyricalq; pagina consonarent.
Nec

Nec aliquid dulcius Ioui inter æthereas uoluptates una coniuge loquerentur. Hisq; accederet promptior fides, quæ suadente aruspicio grandæuos pontifices in testimoniū conuocat. Cum quid Iupiter hominum uotis trepida curarum ambage suspensum multa implacabilis hostia denegaret, exorata eius matrona prouenire, ex quicquid ille ex prompta sententiā Parcarum pugillo afferuante dictauerit: delinitum suadæ coniugis amplexibus, iussuq; remouere. Nec solum superum regem attestabatur uxorium, idq; etiam Diti propositum, idq; Portuno, Certuq; esse Gradiuū Nerienis Nerinæ cōiugis anno re torri. Aesculapio quoq; nō dispar affectio, similiq; persuasiōe trāduci Ope cōiuga, Cybeleg; permulsa moeſtiſimū seniorē deorū: Ianusq; Argonā utraq; miratur effigie. Nā reginā tantū marito depedisse Mēphiticā, ut obſita luctu perpetuo nūq; dū cōtē: a sit inuenire. Hac igitur fama, hisq; deorū alternis amoribus motus cōcitusq; Cyllenius, simulq; quod cūctorū affectiōes ex thalamos, dū paret pluribus cōſpicatur, uxorē ducere instituit. in quā ſentetiā mater illū anxia cū annua peragratione zodiaca eā im Pliadū numero ſalutaret, impulerat, p̄fertimq; quod palestra crebrisq; diſcurſibus exercitum corpus lacertosif in iuuenilis roboris excellētiā totis uitariili quadā amplitudine renidebat. Ac iā pubefētes geneſeminudū cū incedere, chlamydeq; indutum parua, inuelatumq; cetera humerorū cacumen obnubere ſine magno riſu Cypridis nō ſinebāt. Rationabili igitur p̄proposito cōſtituit pellere cælibatū. Itaq; pro industria dignitate, quam cōueniret accipere, cuncta merito longæ delibera Sophie lauſtionis alternat. Nam Sophiā, ipſe miro quidem cupiebat

a 2 ardore

ardore, quod prudens sanctaq; sit, intemperatiorq; cunctis,
pulchriorq; uirginibus, sed quo d' sororis eius collactea
et in discreto amica foedere uideretur: perindeq; ad
innubas ipsa quoq; transisse eam in Palladii iniuriam non
placuit coaptari. Non dispar illum forme desiderabilis,
grataq; luculentas in manticem quoq; succenderat. Nam
et nobilitas generis illam, quippe Pronoea maior est si-
liarum, et prouidum perspicacis prudentiae commenda-
bat ingenium. Sed ipsis diebus forte immensi amoris im-
patientia, ultro iuuenem consecuta, Apollini fuerat co-
pulata. Voluit saltem Endelechiæ ac Solis filiam postu-
lare, quod speciosa quam maxime, magnaq; deorum fit
educata cura. Nam ipsi Iulianu natali die Diu ad coniuuiū
corrogati multa contulerant. Iupiter quippe Diadema
quod æternitati filie honoratori detraherat, capiti eius
apposuit. Iuno quoq; expurgatoris auri splendente ue-
na, addiderat crinibus sociale umculum. Tritonia etiam
interula, resolute ricinio, Strophioq; instar flammarum
cocco, atq; ipso sacri pectoris ac prudentis amiculo uir-
ginem uirgo contexit, Delius quoque, ut ramale laureu-
gestitat, diuimatrice eadem conjecturaliq; uirga, uolu-
cres illi, ac fulgurum iactus, ac ipsius meatus, celi syde-
rumq; monstrabat. Aniae autem prenitens speculū, quod
inter donaria eius adytis Sophia defixerat, quo se reno-
scens etiam originem uellet exquirere, clementi benigni-
tate largita est, Lemnius quoque faber insopibilis illi
perenitatis igniculos, ne caligatis tenebris, nocteq; ca-
ca opprimeretur, incendit. Omnes uero illecebras circa
sensus cunctos apposuit Aphrodite. Nam et unguentis
oblitam-

oblitam, floribusq; redimitam, halatu pasci, foueriq; do-
cuerat, et melle permulserat, et auro atque monilibus,
inhiare, membraque uinciri honorationis celsae affecta-
tione persuaserat. Tunc crepitacula, timitusq;, quis in-
fanti somnium duceret, adhibebat quiescenti. Præterea
ne ullum tempus sine illecebris oblectamentisq; decurre-
ret, prutitui subscalpentem, circa ima corporis apposue-
rat uoluptatem, Sed uehiculum ei atque uolatiles rotas
q; mira posset uelocitate discurrere tradiderat ipse Cyl-
lenius: licet etiam aut compedibus illigatam memoria
prægrauarit. His igitur luxu opimam superis, ditemq;
muneribus, atq; multa celestium collatione decoratam,
in connubium Arcas superiorum casus optabat. Sed eà
Virtus, ut adhærebat fortè Cyllenio, penè lachrymans
nunciauit impotentiam pharetrati, uolitantisq; superi-
de sua societate correptam, captiuamque adamantinis
nexibus à Cupidine detineri. Super his igitur uirginum
thalamis, dum eum deliberatæ sortis blandimenta fru-
strantur nec facile quæpiam, præter eam que congrua
parilitate tonantis nurus deligeretur, occurrit, amplius
deliberandum suggesterit Virtus. Neq; eum sine Apollinis
consilio quicquam debere decernere, aut fas ab eius con-
gressibus aberrare. Cum zodiaca eum hospitia permean-
tem nunquam abesse menstrua precurssione permitteret,
igitur constitutum, ubiunq; locorum frater esset, adire-
tur. Ac tunc uolatilem uirgam, uti secum mundi penita
permeare, ethereosq; recessus irrumpere parili uelo-
citate posset, Virtuti de more permittit, ipse pedibus ta-
laria neicit aurea, et nunc in Fanis, quibus aut uatici-

nia obliquis fundebantur ambagibus, aut denūciata pe-
 cudum cæde, physiculatis extorum proficijs uiscera lo-
 quebantur, quibusq; sortitus excedere, uel logia perso-
 nare, sagaci cum inuestigatione disquirunt. Sed his Ady-
 torum fastigij, frecubusq; uiduatis, absq; Lauri arentis
 *uitiūq; paucis admodum folijs, *uitibusq; semiuulsis, quas in Cu
 mano antro post Sibyllam timearum morsus, cariesq; car-
 pebant, nihil eius potuit inueniri. Per aëreos etiam tra-
 ctus, quibus formare solitus, ex uolucrum diuersos mea-
 tus, ex Oscimum linguas, ex præpetis omina pennæ, fru-
 stra, incassumq; disquiritur. Iam pridē quippe offensus
 cōtamime monēdorū deditnatur Augur Pythius nūcupa-
 ri. Item cum in Helicona, Delon, Lyciumq; sectantur. Sed
 alibi lauros primores, arentesq; hederas, alibi cariantem
 tripodem, crepidasq; situ murcidas, præfagiorūq; inter-
 litam memoriam repererunt. Tandem fama nunciente
 cognoscunt, quod Phœbo gaudet Parnasia rupes: Licet
 inde quoq; ad Indici montis secretum, obumbratumq;
 scopolum, nube perpetua posterius migrasse perhibe-
 bāt, tamen Cirrheos tunc recessus, ex sacrati specus lo-
 quacia antra conueniunt. Ilic autem circunstabat quic-
 quid imminet sacerdorum, Fortunæ, Vrbii, Nationumq;
 *uidebatur. omnium Regum ac totius populi*uidebatur. Aliæ trā-
 acti cursus emenso fugientes consistebant. Aliæ sub con-
 spectu, adueniebantq; quam plures, atq; ita nonnullis
 eminus uanescebat desperata prolixitas, ut uelut fumida
 caligationis incredibilis haberetur aura. Inter hæc mira
 spectacula, fortunarumq; cursus, motus nemorum etiam
 susurrantibus flabris, canora modulatio melico quodam
 crepita-

crepitabat appulsi. Nam eminētiora prolixarum arborū culmina, perindeq; distenta acuto sonitu resultabat. Quicquid uero terræ confine ac propinquum ramis ad clinibus fuerat, grauitas rauca quatiebat. At media ratis per annexa succentibus duplis, ac sesquialteris, necnō etiam sesquitertijs, octauis, etiam sine discretione iuncturis: licet interuenient limata, *concinebant. Ita siebat, *concinne-
ut nemus illud harmoniam totam, superumq; carmē mo- bant
dulationum congruentia personaret. Quod quidem ex-
ponente Cyllenio uirtus edicit, etiam in cælo orbes paria-
li ratione aut concentus edere, aut succentibus conuenia-
re. Nec mirum, quòd Apollinis sylua ita rata modifica-
tione congrueret, cum cæli q; quoque orbes idem Delius
moduletur in sole: hincq; est, quòd ille Phœbus, ex hic
uocetur Auricomus. Nam solis Augustum caput ras-
dijs perfusum, circumactumq; flammantibus, uelut aura-
tam Cæsariem, rutili uerticis imitatur. Hinc quoq; Sa-
gittarius, hinc quoq; Vulnificus, quòd possit radiorum
iacula ista penetrare. Demonstrabat præterea Cyllen-
nius Virtuti amnes quosdam cælitus defluētes, quos trāf-
cundos esse perhibebat, ut ad eum ipsum quem reperire
curæ est, peruenirent. Verum eosdem amnes diuersi-
color fluentorum discepantium unda raptabat. Quippe
primus diffusioris ac prolixii ambitus gurges liuen-
tis aquæ uolumine nebuloso, atque algidis admodum
pigrisq; cursibus hæsitabat. Interius lactis instar aliis cā-
dideq; lucis mitis per omnia, quietusq; motu undas uolue *als nimio-
bat argenteas. Tertius uero *Minio, rubeoq; igne rutilatæ, * flagro-
festimataq; rapiditate precipites, * fragrososq; cursus fosq;

8. Martiani Capel. de nuptijs

anhela sulphureus celeritate torquebat. Qui hunc se-
quebatur auratus, ac fulgidus, et flammis coruscantibus
rutilans, sed diuersitate fluminum utrinque coniunctus,
quibusdam riuulis intermixtis, quantum pensabat mode-
ratio temperabat. Verum interior illo electro purior
resplendebat amnis, quem præter ceteros fortunaru[m] ille
consistens populus appetebat: quarum alias eius odor
et halatus illexerat, alias lenis undæ canori permulgere
modulatus. Gustum autem, haustumq[ue]; quam plures ex
eodem dulcissimo gurgite sitiebant. Nec deerat, qui ea-
dem foueri abluiq[ue]; lympha, ac se in illam iacere cupiebat.
Præterea duo restrictiores, ac sinu, ambituq[ue]; paruo ra-
ptabantur interius: quorum uterq[ue]; pro aliorum uicinia
et cōfinio coloratus, exiguum proprij saporis haustum,
multa mutabilis admixtione traxerat. Nam alter uimia
celeritate festiuus, ac plerunq[ue]; consistens, relabensq[ue]; fere-
batur. Alius uero quandam undarum originem gestans,
flexuosisq[ue]; anfractibus errabundus spumabat cunctis sc-
minibus fluentorum. Hi igitur cursus discoloris amnes
predictas rerum, nationumq[ue]; fortunas immensis primò
finibus ambiebant. Tunc diuersa undarum, uiolensq[ue]; ra-
piditas, singulas quasq[ue]; peruidens improuisa ui per de-
cliuis aluei præcipites lapsus, rapidis turbinibus pertra-
hebat, ita ut aliis easdem plerunq[ue]; alteri transfoderet
*quanquam fluuios, et *quam ille exercitam longa collisione uexa-
uet, alter aut ripæ redderet, aut amne mersaret. Non
tamen fortunas omnes illi sanguineus aut cœruleus inuo-
lutas gurgite rapiebat. Plerunq[ue]; illius lactei renitens
unda repente correptas eminētis tractus uertice subue-
hebat.

rebat. Aliquando etiam sublimitas, atque fluctu elatio-
e suspensas in illum cruentæ similitudinis reiecierat estū,
ut in torrentem liuidum uorandas biatu piceo despue-
bat. Alterna igitur permixtione fluuiorum ille Fortuna-
rum populus agebatur. Neq; enim ulla prorsus erat, quæ
ab omni immunis incursu, cunctoq; esset gurgite feriata.
Deniq; Virtus secuta Cyllenium dum sola cunctos in-
teritè trâsmearet: licet eam magno fragore colliserit: ta-
men opprimere nequiuerunt. Tandem trans fluuios, qui
ad quoddam Phœbi spectaculum ferebantur, cum utr= *constiterunt
tute Mercurius* consisterunt. Ac tunc Latoium conspi= *constiterunt
cati, edito confidentem, arduoq; suggestu, atque in con-
spectu quatuor Vrnulas ad opertas uicißim alternis in-
spectionibus enudare, quæ diuersa specie, metallisq; for-
matæ. Nam una ex ferro, quantum coniisci potuit, durio-
re. Alia ex argenti fulgentiore materie. Tertia liuen-
tis plumbi fusili robore uidebatur. At uero propior deo
perlucentis uitri salo renidebat, singulæ autem rerum
quædam semina, elementaque gestabant. Nam flamma fla-
grantior, & ab ipsius cecaumenis exanclata sumitibus
ex ferri prædicta anhelabat urna: quæ tamen Vertex
Mulciferi dicebatur. Alia etiam, quæ fuerat ex argenti
materie, præferebat serena fulgentia, & uernantis celi
temperie renidebat. Hanc dicebant R̄sum Iouis, Illa ue= R̄sus Iouis.
rò metalli grauioris plena undosæ Hyemis, atq; algidi
*rigoris, necnon etiā pruinariū. Hæc Saturmi uocabatur * frigoris
exitiu. At uero sali resplendentis, atq; ad ipsius Dei de= *fitæ
xtra* sita, aeris totius seminibus erat referta. Hac Iu= Saturni exitiis.
nonis ubera memorabat. Ex his igitur urnis Deus alter= Iunonis ubem

a s natim,

10 Martiani Capel. de nuptijs

natim, quantū dispositis sat erat, bauriebat . Nam quo-
tiens orbi complacito uitalis spiritus salubres ministra-
bat auras, ex illa argenti clementia aëris hausti permi-
scens semina temperabat. Cum uero pestem dirā comme-
ritis mortalibus minabatur, aëris similiter anhelos ignes,
aut torpentis frigoris uenena miscerat, et in affligen-
dum meare cogebat orbem. Tali Dei temperamento Vir-
tus admonita, magisq; cum eum salutaris auras miscere
conspiceret, Cæci poëta Graium uersum, Mercurio com-
probante commemorat.

φοῖβος χυστοκύμης λοιποῦ τεφελημ ἀπ' ἔρυκεν.

Ex quo pestem fugari posse Mercurius, si uoces prime
uestigij eius accederent, admonebat . Subdendæ tamen
Clario fidibus personanti, atq; inter sertu laurigera in-
fularum lubrico, implexo quæ crine redimoto talia con-
serentes, ut procul Pythius aduentare confexit, cau-
samq; aduentus primis aspectibus recognouit, throno
quo insidebat exurgens, Musas iubet occurrere. Que li-
cet in Maiugene officium properare uiderentur, satis ta-
men incessibus mouebantur. Ac tunc Germano in parti-
cipatum operis, confessumq; suscepto, prior orsus est
Phœbus.

A nxia cum trepidis nutat sententia rebus,
Fluctuat incertis aut fors ignota futuris
Consultet mortale genus, quodq; indaga ueri
Cura facit dubium, uel spes incerta fatigat.
At præscire Deis uacuum est, cunctatio nulla est,
Quod superi uoluere, licet de pectora fixis

Preoptare

Præoptare caret si quod placet, atq; necesse est.
 Sed tibi quod nondum uenit mansura uoluntas:
 Consilium uis ferre meum, sic semper ab omni
 Velle capis socium, faciunt atq; addita mentem.
 Est igitur prisci generis doctissima uirgo
 Conscia* Parnaso, cui fulgent sydera cœtu,
 Cui nec tartareos claustra occultare recessus,
 Nec Iouis arbitrium rutilantia fulmina possunt,
 Fluctigena spectans quali sub gurgite Nereus:
 Quæq; tuos norit fratribus per regna* recursus
 Peruigil in modico penetrans archana labore,
 Quæ possit docta totum præuertere cura,
 Quod superis prescire datum, quin crebrius, *in nos
 Ius habet illa deos urgens iniussa cōactos.
 Et quod nulla queat superum tentare potestas:
 Inuitò scit posse Ioue, ut stent ardua magno.
 Alterutrum cumulat parilem meruisse iugalem.

*Parnaso

*Recessus

*Hymnos

His Apollinis dictis lētabunda Virtus, quòd tam ex-
 cellentis Virginis suasum uidet esse coniugium, ut nia-
 bil amissum ex supradictarum duceret dignitate, nomen
 tamen eius inquirit. Quod ubi cognouit Philologiæ esse,
 de qua foedus instabat, tanta gratulatione alacritateq;
 concutitur, ut aliquanto de ingenito rigore descendens,
 etiam ooropore moueretur. Quippe propinquam esse
 commemorat, et laudata illius Mantices patronam,
 in ipsam quoque Sophiam supellestilis multæ remunera-
 tione largissimam. Nam luxuriant in cultam ac ferino mo-
 re uersantē, apud hanc asserit expolitā: ita ut siquid pul-
 chritudinis, ornatūque gestaret, ex Philologiæ sibi cul-
 tibus

Martiani Capel. de nuptijs

tibus arrogarit: que ei tantum affectionis impenderit, ut
eam semper immortalem facere laborarit. Nihil igitur
immorandum. Quippe cum impiger gerendorum sciat
esse Cyllenius, sed acceptis Apollinis fatibus respondit
ipse Maiugena.

Certum est lauripotens, decusq; diuum
Nostrum ex contiguis uenire pectus,
Et quicquid socium ciere numen
Iunctus compererim probare rerum.
Sed nunquam mage uelle disparamus:
Et fit collibitum manere iussis,
Quam cum Deliaco meare fatu
Cura atque arbitrio monemur isto.
Hunc quippe ambiguum nefas putamus:
Et quaecunq; fuit, perit uoluntas,
Quocirca officio decentiore
nobilibus Paret * praeclibus libens profatis
Archas in thalamos uenire iussus.
Sed tu Delie, quo tonantis extet
Compar propositum, uolensq; nutus
Instes, nam solitus ciere pectus:
Et praeuersa uigil monere sensa:
fauere. Illum contribuas* manere iussis:
Et coeptis sacra fulserit uoluntas.

Hec dicete Mercurio, quin potius inquit, Virtus:
Huterque uestrum louem uoce cōciliat. Nam et hic
eius consiliorum conscius, et tu præceptionis archanus.
Ille

Ille mētem nouit, tu uerba componis, Phœbo sicut instā
te concedere tibi sectus solitus aperire. Addo quòd uos
conuenit nunquam disparari, et licet hic cursor Apol-
līnei plerūq; axis celeritate uincatur, ac remorata sta-
tione consistens* captetur: demumq; festinata praeuerte-* captat.
re: tamen dum consequitur, ita libratus anteuenit, ut ces-
sim plerūq; recursans gaudeat occupari. Vnā igitur
uestrum Iouem pia pignora conuenite. Certum quippe
est, quòd ex * Phœbo conniuens splendore succumbat, *Phœco.
ex cum Stilbonte incedens, connubiorum copulis allu-
bescat. His dictis, Virtus præcedentis officio ac Mercuri-
rialis uirgæ perflatione concussa in cælum itura sustol-
litur. Augurales uero alites, ante currum Delio confi-
terunt, uti quis uellet uectus ascenderet. Nam futura ple-
rumq; conformās, his præfigere consueuerat. Petaſo autem ac talaribus concitatis, coepit præire Mercurius. Sed
scandente Phœbo Musarum pedissequus, adhærensq;
comitatus, candenti canoraq; alite uebebatur. Tūc uero
conspiceres totius mundi gaudia conuenire. Nam ex tel-
lus floribus lumina, quippe ueris Deum cōspexerat sub-
uolare Mercurium, et Apolline conspicato aëria tem-
peries, sudis tractibus renidebat. Superi autem globi, or-
besq; septemplices, suavis cuiusdam melodia harmoni-
cis tinnitibus concinebant, ac sono ultra solitum dulcio-
re, quippe Musas aduentare præsenserant, que quidem
sigillatim circulis quibusq; metatis, ubi suæ pulsus mo-
dulationis agnouerāt, constiterūt. Nam Vrania stellantis
mundi sphæram extimam concinit, que acuto raptaba-
tur sonora tinnitu. Polymnia Saturnium circulū tenuit.

Euterpe

Euterpe Iouialem. Erato ingressa Martium modula-
tur. Melpomene medium ubi Sol flammanti mundum luna-
mine conuenustat. Terpsichore Venereo sociatur auro.
Calliope orbem complexa Cyllenium. Clio citimum cir-
culum, hoc est in luna collocauit hospitium. Quae quis
dem graues pulsus modis raucioribus personabat. Sola
uerò (quod uestor eius Cygnus impatiens oneris atque
etiam subuolandi alumna stagna petierat,) Thalia dere-
licita in ipso florentis campi ubere residebat. Interea tra-
etus aëreos iam Phœbus exierat, cum subito uitta cris-
nalis immutari in radios, laurusque quam dextera retis
nebat, in lampadē mundani splendoris accenditur. Fiunta
que uolucres, qui Currum Delium subuehebant anbeli
flammis lucis alipedes. Atq; diem pallio rutilante ac re-
ferrato stellantis poli lumine Sol repente clarus emicuit.
Cyllenius quoque in sydus uibrabile astrumque conuer-
titur. Atque ita methamorphosi supera pulchriores per
Geminos proprietate quadam signi familiaris inuesti
Augusto refulgere cælo, ac mox Tonantis palatum pe-
tuerunt. Qui postquam introgressi, ex coram data co-
pia fandi, ut uidit clarius consortio patrem Iunonis ha-
rentem, quam nouerat suffragari plurimum ac fauere
connubijs, letus primo omne, ipsamq; cœilians, in cuius
arbitrio* positam mariti nouerat uoluntatem ita mitis
affatur.

*alias non
additur.

Poffem minore ambigens fiducia
Solum Tonantem pignoris pro foedere
Pube da uix dum uel paterna contremens

Precepte

Præcepta adire, ni iugata cælitum
 Omen pararent prosperum consortia
 Tabensq; dimuum nunc moueret nexo:
 Lunone thalamos quis rogare conscia
 Nolet deorum: cum futura pronuba
 Eadem profecto quæque suffragabitur.
 Iugalis ergo blanda nutus præstruc
 Nostrisq; suada quo allubescat nisibus:
 Te nunc parentem, principemq; maximum
 Fatumq; nostrum, quippe Parcarum chorus
 Humana pensat, tuq; sortem cælitum:
 Tuumq; uelle est ante præscientias:
 Ac mente gestas, quicquid instabit deis:
 Cuiusq; nutu gignitur necessitas
 Futura cuius* illigat decretio:
 Instatq; quicquid uelle uel serum potes.
 Tene igitur illo quo benignus numine es
 Deposco celi blanda temperatio:
 Piumq; culmen iure qui diuum pater
 Concede proli quo nepotum prouehat
 Numerum supernis: Astra quem uibrant polis.
 Maie tuumq; flagitat pignus sacrum
 Thalamis iugetur uirginis doctissimæ:
 Sed te si parentis cura stringit pia:
 Par est deorum conuoces cœtum potens
 Connubium ipsa fanciens cum coniuge:
 Quo prolis extent lege supera nuptiae:
 Perpesq; nimirum cælitum signet decor.

diis alligat

Hic

Hic postquam Delius conquiruit, conuersus ad consilium Iupiter, quid eius uoluntas haberet, inquirit. Verum illa multa ratione permulsa, primo quod ei, qui placiditatem afferre solitus Phœbus orabat, quiq; etiam à se eiusdem filias eruditas ad parentum quoque conspectum fecerat subuolare. Dehinc nuptijs Iuno non solita refragari, tum etiam Cyllenium diligebat, quod eius uberibus educatus poculum immortalitatis exhaurerat: perindeq; ex matris gratiam conferebat. Accrescebat uotis, quod multa eam Clarius conciliatione deuinixerat, faciendum profectò accelerandumq; persuadet, ne itidem Cyllenius Cypridis lactatus illecebris Hermaphrodito fratrem gignere successus optaret. Stimulabat paululum Iouem, ne uxoris Cyllenius foribus repigratus somnolento repente marcore torperet, ex iam uelut maritali feriatus uacatione discursare sub preceptis Iouialibus denegaret. Nam illum iam pridem ait Philologia sentio amore torri, eiusq; studio comparatas habere quamplurimas in famulicio disciplinas. Ipsumq; linguae insignis ornatibus fandi nimiam uenustatem, quo placearet uirgini consecutum. Deinde barbito aurataq; cheli, ac doctis fidibus personare. Addo quod celebrat mirabile præstigium, elegantiamq; pingendi cum uiuos etiam uultus æris, aut marmoris signifex animator inspirat. Totum certè complacitum est, quicquid comit decorem iuuenilem gratiarum. Se igitur eos iam pridem amore mutuo colligatos siccirco paulum distulisse, ne in thalamum primeua affectione festinans, cum discurrendū esset totis noctibus repigritior paululum simularet anomalū.

Tunc

Tunc Iuno, at quim ait eiusdem conuenit uirginis subire
 intulum, quæ illum etiam quiescere cupientem conue-
 ure non perferat. An uero quisquam est, qui Philologia
 se afferat per uigilia laborata, et lucubrationum peren-
 ium ne scire pallorem? Quæ autem noctibus uniuersis
 cælum, freta, tartara que discutere, ac deorum omnium
 sedes curiose indaginis perscrutatione transire, quæ
 textum mundi, circulorum que uolumina, uel orbicula-
 ta parallela, uel obliqua decusata, * polos et limmata, * poloſe
 axium que uertigines, cum ipsorum puto syderum mul-
 titudine numerare, nisi hæc Philologia gracilenta qua-
 dam affixione confueuit? Quoties deos super eiusdem
 coactione et constantia conquestos, cum eos connubia
 aut intempeſta noctis silentio quiescentes ad se uenire
 inaudita quadam obſecratione compelleret. Tam uero
 abest, ut sub hac poſit pigrecere, intricari que Cyllē-
 nius, ut commotis ab eadem, fuscitatis que pennis extra
 mundanas petere latitudines urgeatur. Cur igitur rex
 optimè differuntur nuptiæ, cum pro ſola Athlantide fo-
 lertia duos uigiles repromittam? Hæc cum Iuno affixa,
 ut adhærebat elatiōi plurimum Ioui acclimatis eius au-
 ribus intimaret, de quodam purgatoris, uibratoriis que
 luminiſ loco allapsa, ſenſim Pallas coruſca dēcendit, atq;
 ita ut uidebatur uertici Iouiali inhærere, ſuperuolans
 tandem conſtituit ſublimiore quodam annixa ſuggestu.
 Quam cum Iupiter, ut iugali elatiō adhærebat, de pro-
 ximo, contiguoq; ſuſpexit, ſic exorsus: O' uirgo nostri
 pars melior oportunè uotis intermixta. Maiugene, quæ
 ſine Deliacis uocibus permulsa dēcendis, ſine abſque te
 Iouis non erat formare confilium, ſeu conſensus noster,

b

ne mutius

ne mutilus uideretur, approperas: noueris tamen Philologie Cyllenium nuptias postulare. Nondum mea prompta sententia est. Expecto quid suadeas. Noui quippe quam eiusdem uirginis incessabilis labor tibi semper acceptus, ex ut è tuis numeretur illa pedissequus. Par est igitur ipsa tu praesertim decernas, quia quid de eius conubio prouisura dispensas. Tunc Pallas aliquantò submissior, ac uirginalis pudoris rubore suffusa, oculosque peplo, quod rutilum circum caput gestabat obnubens, improbabat aliquantulum, quod super nuptijs uirgo consiliter, praesertimq; eius, quam propter consociationis officia manere cuperet semper intactam. Designatur praeterea huiusmodi adhibere cōsensum. Cum ita expers totius copule censeatur, ut neq; de ulla cōmixtione progenita, neq; ipsa procreari quicquam Arithmetica teste monstretur. Ac tunc septem radiorum coronam soluaga uirginitas renudauit, ne futurarum causis ex copulis interesset. Quia tamē eius optauerat Iupiter, exegeratq; consilium, suadet deos maritos, dearumq; grandeas in ***conuenire.** hæc decernenda conduci. Quippe conuenit Cyllenio, ut pro officiorum premijs potissimum, fauor cælitum eius uincia sanctiret. Augustius quoq; fieri Iouiale decretum cum cœtu deorum attestante depromitur, ipsamq; nuptiarum deo conuenire non posse, nisi super senatus consulto mortalis esse desineret. Id genus plurima suadente Tritonia, Regum ***coniugium** uterque consentit. Ac mox Iouis scribae precipitur pro suo ordine, ac ratis modis cælicolas aduocare, precipue que senatores deorum, qui penates ferebantur tonantis ipsius. Quorum nomina quoniam publicari secretum celeste non pertulit.

Ex eo quod omnia pariter reprobuntur, nomen eius
 * confessione perficit. Vulcanum uero Ioualem ipse Iu *alias ex
 piter poscit, licet ille nunquam de sede corusca descen-
 deret. Tunc etiam ut inter alios potissimum rogarena-
 tur ipsius collega Iouis, qui bisseni cum eodem tonan-
 te numerantur, quosque distichon complectitur En-
 nianum:

Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,
 Mercurius, Iupiter, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

IT E M ex his septem residui, qui inter. xij. non uocan-
 tur, post hos quam plures alti pro suis gradibus cæli-
 ter, ac deorum omnium populus abjq; impertinentibus
 conuocandi. Nec mora milites Iouis per diuersas cæli
 regiones approprant: quippe discretis plurimum locis
 deorum singuli mansitabant. Et licet per zodiacum tra-
 ctum nonnulli singulas uel binas domos animalibus ti-
 tularint, in alijs tamen habitaculis commanebant. Nam
 in sexdecim *discernitur cælum omne regiones. In qua-
 rum prima sedes habere memorantur post ipsum Io-
 nem Dij consentes, Penates, Salus ac Lares Ianus, Fauo-
 res, Operanei, Nocturnusq; In secunda itidem mansita-
 bant preter domum Iouis que ibi quoq; sublimis est, ut
 est in omnibus Prædiatus, Quirinus, Mars Laris militaa-
 ris, Iuno ibi quoque domicilium possidebat. Fons etiam,
 Lymphe, Dijq; Nouenfiles. Sed de tertia regione unum
 placuit corroborari. Nam Iouis secundani, & Iouis
 Opulentie, Mineruaq; domus illic sunt constitutæ. Sed
 omnes circa ipsum Iouem fuerant in præsenti, Discor-
 diam uero ac Seditioñe, quis ad sacras nuptias corroga-
 b 2 ret,

ret, presertimq; cum ipse Philologia semper fuerit im-
mice? De eadem igitur regione solus Pluton, quod pa-
trius sponsi est, conuocatur. Tunc Lynsa sylvestris, Mul-
ciber, Lar celestis, necnon etiam militaris, Fauorq; ex
quarta regione uenerunt. Corrogantur ex proxima,
transcursis domibus coniugli Regum, Ceres, Tellurus,
Terra, eq; pater, Vulcanus et Genius. Vos quoque Iouis
filij Pales et Fauor cum Celeritate Solis filia ex sexta
*sed poscimini. Nam Mars Quirinus et Genius superius
sunt postulati, *Sic etiam Liber ac Secundanus Pales non
cantur ex septima. Fraudem quippe ex eadem post lon-
gam deliberationem placuit adhiberi, quod crebro ipsi
Cyllenio fuerit obsecuta. Octava uero transcurritur,
quoniam ex eadem cuncti superius corrogati, solusq; ex
illa Veris fructus adhibetur. Iunonis uero hospite Ge-
nius accitus ex nona. Neptune autem Lar omnium Cura-

* Neuerita, italis ac * Nerita, tu' que, * Conse ex Decima con-
* Cosse. acenistis. Venit ex altera Fortuna et Valitudo, Fauorq;,

Pastor manibus refutatis quippe hi in conspectum Io-
uis non poterant aduenire. Ex duodecima Sancus tan-
tummodo deuocatur. Fata uero ex altera postulan-
tur. Cæteri quippe illic Dij Manium demorati, bis
septena Saturnus, eiusq; celestis Iuno consequenter ac-
citi. Veiovis, ac dij publici Terquimo ex limite con-
uocantur. Ex ultima regione Nocturnus, Ianitoresq; ter-
restres similiter aduocati. Ex cunctis igitur celi regioni-
bus aduocatis dijs, cæteri quos Azonos uocant, ipso co-
monente Cyllenio conuocantur. Tunc elementorum
præsules, atque utilitatis publicæ, mentiumq; cultores,
omnisq; populus potestatum, quis Numæ multusq; suc-
cessor

cessor indicatur. Qui confessim omnes imperio louis conuocati, in aulam cœlitem cum uibratibus uenere syderibus. Tunc Ianus in limine, militesq; louis ante fores regias constituerunt, ingressuros etiam cunctos nominatim uocabat fatua præconans. Ad intra consistorium regis quedam foemina, quæ Adrastantia dicebatur, Vrnam cœlitem, superamq; sortem irrevocabilis raptus celeritate torquebat, excipiebatq; ex uolubili orbe decidētes spheras peplo inflexi pectoris Imarmime. Cloto uero, Lachesis, Atroposq; quoniam sententias louis orthographæ studio ueritatis excipiunt, utpote librariæ superum, Archiumq; custodes cum in senatum curiamq; contrahi, ex ipsum Tonantem exuuijs indusiari publicè cernerent, magistratus in acta, cœlestiumq; cōsultum, stylos acutū, carasq; componunt. Tunc Iupiter publica ex quæ senatum contracturus assumit indumenta percipiens, apponit primum uertici regalis serti flammantem coronam, contegitq; ex posticis caput quodam uelamine rutilante, quod ei præsul operis Pallas ipsa texuerat. Dehinc ueti admodum candidæ obducit amictus hyalitos, quos stellantibus oculis interstincto crebri uibratus ignium lumenabunt. Tunc duos globosos orbes, quorum unus aurō, electro aliis prenitebat, dextra porrectiore corripuit, Leua enneaphthonon chelini intenti similis impri mebat. Calceos autē smaragdineæ fluctu uiriditati herbosos uestigijis eius tellus annexuit. Insidebat autem ex pauonum pennis intertextæ, oculatae q; pallæ, ex qua multicoloribus notulis uariata pictura uernabat. Sub calceis uero fuscum deprimebat. Huius suggestui iunonis subditus confessus, haud indecenter ornatus, ipsa uero

b 3. tecto

tecto capite lacteo quodam galumnate, prænitezat:
 Cui gemmis institum diadema preciosis: nam neque
 Sythidis uireta, nec Ceraunorum uibrans fulgu-
 rans que lumen, nec flucticolor hiacynthi crede-
 batur abesse profunditas. Sed totum illud sertum
 *aliás non additur. capitum fulgurantis Thaumantias obtulisse * regi =
 næ cælum ferebat. Ipsius uero diuæ uultus as-
 fidua perlucens gratia, fratri consimilis, nisi quod
 ille immutabili letitia renitebat, hæc commutatio-
 num assiduarum nubilo crebrius turbidabatur. Nam
 uestis eius hyalina, sed peplum fuerat caliginosum:
 quòd tamen si appulsu cuiusdam luminis tangeretur,
 inter obumbranteis nebulae sudæ perspicuitatis gratia
 præniteret. Hæc fulmen dextra, leua sonorum bombis
 torrentibus sustinens tympanum, sub quibus plurimum
 sudans ima subiecta roscidis uidebatur inuidare flu-
 ribus. Huius uero calcei admodum furui: quorum ma-
 xime solear atque noctis nigredine coloratur. Nam eius-
 dem genua, zona quidem diuersicolor ambiebat, que
 nunc perfulrido resplendebat orbe, nunc uanescens
 *ablegabat. gratia tenuata uarietas, ita penitus * obliquabat, tan-
 quam nihil habuisset antè discolorum. His autem uter-
 que indumentis decenter ornati, ante confessum in
 suggestu sydereo positam quandam sphæram uarietate
 multipli conspicantur, que ita ex omnibus compa-
 eta fuerat elementis, ut nihil abesset, quicquid ab
 omni creditur natura contineri, Illic omne cælum,
 ær, freta, diuersitas que telluris, claustra que fuerant
 tartarea. Vrbes etiam, compita, cunctarumq; species ani-
 mantium, tam in specie, quam in genere numeranda. Que
 quidem

quidem sphæra imago quedam uidebatur, idea' que
nundi. In hac quid cuncti, quid singuli nationum o-
mnium populi quotidianis motibus agitarent, pedire
formantis speculo relucebat. Ibi quem augeri, quem de-
primi, quem nasci, quem occidere Iupiter uellet, manu
propria ipse formabat. Quam terrarum partem disper-
dere, quā beare, quam uastam, quamq; celebrem cuperet,
factor arbitrarius uariabat. Hoc igitur fatum publicum
confpicans, componensq; Deorum senatum, iusfit ad-
mitti. Quamuis intus, quos innomimabiles * sacra uis
testatur, intrarent, tamen etiam primatibus diuīm, pro-
fertim que parentibus uterque consurgunt. Verum sa-
tor eorum gressibus tardus, ac remorator incedit: glau-
co' que amictu tectus caput. Prætendebat dextra flam-
miuomum quendam draconem, caudæ sue ultima de-
uorantem, quem credebat anni numerum nomine per-
docere. Ipsius autem canicies pruinosis niuibus can-
dicabat, licet etiam ille puer posse fieri crederetur. Eius
coniunx, grandæua, corpulentā que mater: quamuis
fœcunda circumfusa' que partubus tamen floridam, di-
scolorēm que uestem herbida palla contexuerat. In
qua totus gemmarum, metallorum' que census,
atque omnium prouentus, fruges' que sationum, larga
admodum ubertate ferebantur. Huic Vesta quæ etiam
coœua eius fuerat, adhærebat. Quæ quòd nutrix lo-
uis ipsius, suo' que cum substentaſe gremio fereba-
tur, caput regis ausa est osculari. Post hos candi-
dacum sorore Sol auratus expetitur: qui mox ut coe-
pit ingressui propinquare, purpura rutilantis punia-
ceus quidam fulgor anteuenit, ex rosulenti splendoris

b + gratia

gratia totam aulæ ipsius curiam obstupefactis cæteris
ornatibus illuminauit. Ast ubi primos honorati capitis
radios ingressurus immisit, ipse etiam Iupiter paululum
retrogressus sub immensi nitoris lumine caligauit. Spha-
ra uero orbisq; quos dextra sustinebat, ueluti speculo
cognati luminis refulgere. Iuno autem diuersi coloris illu-
stris ornatibus, ac uaria uelut speculo cognati luminis
gemmarum luce resplendens, cendentibus serenis enituit.
Erat enim illi in circulū ducta fulgens corona, quæ duo-
decim flammis ignitorum lapidum fulgorabat. Quippe
tres fuerant à fronte gemme: Lychnis, Astrites & Ce-
raunos, que eius effigiem reuerendam à cognitione con-
spiclientium uibrantes radiorum fulgoribus occulebant.
Quarum, alia Cancri cerebro, Leonis oculis altera, Ge-
mimorum fronte a sumpta tertia dicebatur. Aliæ sex ex
utro'que latere rutilabant. Quarum Smaragdus una,
Scythis altera: la spis tertia uocabatur. Inter quarum ui-
rorum foeta mari* per lumina coruscavat, fronti quedam
interioris suauitas resplendebat. Hiacynthos, Dendrites,
etiam Eliotropios utrinque compacti. Qui lapides colo-
ribus suis terras ratis temporum uicibus herbidabant,
quos ei ad obsequium numinis recurrentis Ver dicebatur
& Autumnus munere contulisse. Posterior autem pars
corona Hydatide Adamante & Crystallo lapidibus alli-
gabatur, Hos enim Hyems undosa genuerat. Ipsius uero
Diui auro. timftam cæsariem, comasq; crederes bractea-
tas. Facie autem mox ut ingressus est, pueri renitentis in-
cessu medio iuuenis anheli in fine senis apparebat occi-
dui: licet duodecim nonnullis formas conuertere credere-
tur. Corpus autem eius flammeum totum, pennata uesti-
gia.

*lumina co-
ruscatus

gia, pallium coccineum, sed auro plurimo rutilatum. Si-
nistra autem manu clypeum coruscantem, dextra ardens
tem facem præferebat. Calcei uero similes ex Pyropo,
quem iuxta lunam leni quodam, tenero que uultu ex fra-
terna fulgore lampada resumebat. Post hos admissi fra-
tres Iouis, quorum alter maritima semper inundatione
uiridior. Alius lucifuga in umbratione pallescens, in ca-
pite uterque dominandi sertum pro regni conditione ge-
stabat. Nam unus albidi falis instar candidum atque spu-
marum canicie concolorum, alter hebenum ac tartareo
noctis obscuritate furuescens. Qui quidem multò ditione
fratre, et semper eorum, que gignuntur, conquistacioni
bus opulentus. Alius uero propter molem, elationemque
corporis renudatus, ac despiciens, diuitias oppresione
quaesitas. Verum utrique diuersa coniunx. Nam hic nu-
dus omnium nutricem, deorumque hospitam secum du-
cit. Ille puellam accessibus gratulantem, quæ ita plerūq;
frugem exposcentibus tribuit, ut magni nummis uota
sint eidem redhibere centesima. Dehinc admissi tonantis De usura cen-
ipsius filij. Inter quos primus quidem ruber iuuenis, ac ^{re}clama.
uorax omnium, scitorque etiam sanguinis gradiebatur.
Alter suavis et comis, falcem dextra, leuaque gestans
cratera somnificum, ac pronus in petulantiam fereba-
tur. Huius gressus incerti, atque Olacis temeti madori-
bus implicati. Post hos duorum una quidem germanaque
facies, sed aliis lucis sydere, noctis aliis resulgebat. De-
hinc quidam roboris mauditus et extirpandis semper ade-
uerfitatibus præparatus: Sed eius miro lacertos, rictusque oculis
cleoneos limis* Iuno cernebat: quis inter eos decernentes aliis ad
fæminæ: quarum una uirgo ferebatur. Alia generatio- dicur

num omnium mater, illi arcus cum pharetra, huic ro-
 sis decusati uinculatis fertata contextio. Quam ex-
 conspicere nit entem, ex fantem audire dulces illece-
 bras, ex attrahere fragrantissimi spiritus halatibus
 redolentem, ex osculis lambere, ex contingere cor-
 pore, eiusque uelles cupidine suspirare. Que qui-
 dem licet amorum, uoluptatum que mater omnium
 crederetur, tamen eidem deferebant pudicitiae princi-
 patum. Cum his grata Ceres admodum grauis fœ-
 mina, alymna que terrarum, ac nutrix mortalium
 uidebatur. Quidam etiam claudus faber uenit: qui
 licet crederetur esse Iunonius, totius mundi ab He-
 raclito dictus est demorator. Tunc etiam omnium
 garrula puellarum, ex contrario semper fluibun-
 da luxu, leuitate pernix desultoria gestiebat. Quam
 alijs sortem afferunt: Nemesis que nonnulli, Ty-
 chen que quam plures, aut Nortiam. Hæc autem
 quoniam gremio largiore totius orbis ornamenta por-
 tabat, ex alijs impatiens repentinis motibus con-
 ferebat, rapiens his comas puellariter, caput illis
 uirga comminuens, eisdem que quibus fuerat eblan-
 dita ictibus crebris uerticem complicatis que in con-
 dylos digitis uulnerabat. Hac mox ut facta con-
 spexit omnia, que grecabantur in Iouis confiso-
 rio subnotari, ad eorum libros ex pugillarem
 paginam cucurrit, ex licentiore quadam fiducia,
 que confixerat inopinata descriptione corripuit,
 ut quedam repente prorumpentia, uelut rerum se-
 riem perturbaret. Alia uero que causarum ra-
 tio prospecta uulgauerat: quoniam facere im-
 prouisa

prouisa non poterat, suis tamen operibus arrogabat.
 Post hanc uulgo cæteri deuenere. Iupiter tunc solio re-
 sedit, præcepitq; cunctos pro meriti ordine residere.
 Tucq; subsellia flammabunda cœtum suscepere sydereū.
 Verum quidam redimitus puer ad os compresso digito
 salutari, silentium commonebat.

Conticuere omnes, intenti q; ora tenebant.

Tunc Iupiter cœpit:

Ni nostra astrigena nota benignitas
 Conferre arbitrium cogeret iustum:
 Et quoquid tacito uelle fuit satis
 Id ferre in medium collibitum foret:
 Possem certa meis promere ductibus.
 Nec quisquam illicitis tollere nisibus
 Concertans cuperet iussa Deum patris.
 Sed tristis melius censio clauditur:
 Atq; infanda premit sensa silentium:
 Ne uulgata ciant corda doloribus.
 At cum leta patrem promere gaudia:
 Et certo deceat fœdere pignora
 Palam perpetuis iungere nutibus,
 Cassum est nolle loqui sensa decentia.
 Vobiscum ergo di grata propinquitas
 Conferre studium est, uota propaginis
 Aequum quippe puto, fœdere cœlitum
 Que sectanda forent orsa probarier.
 Nostri Maiugenam pignoris incliti
 In nostris merito degere sensibus:
 Que nec frustra mihi insita charitas:
 Ut suavit patria stringere pectora.

Nam

Nam nostra ille, fides, sermo, benignitas:
 Ac ueris Genius fida recursio:
 Interpres que meæ mentis honos sacer.
 Hic solus numerum promere cœlitum.
 Hie uibrata potest noscere sydera.
 Que mensura polis, quanta profunditas.
 Qualis sit numerus Marmoris hauſtibus:
 Et quantos rapiat margine cardines.
 Quæq; elementa liget diſſona nexio:
 Perq; hunc ipſe pater foedera sanctio.
 Sed forsitan pietas ſola recenſeat:
 Que parens probitas munera penſit,
 Qui Phœbi ante uolans ſepe iugalibus
 In ſortem famuli nonne relabitur.
 Hic quoque ſic patrius feruit honoribus:
 Ut dubium proprium quis mage uendicet
 Illum connubio rite iugarier.
 Suadentem meritis ſecla laboribus.
 Et robur thalamo flagitat additum.
 At Virgo placuit docta quidem nimis
 Et compar studio. Sed cui terreus
 Ortus propositum in sydera tendere
 Plerunque et rapidis præuolat axibus,
 Ac mundi exuperat ſepe means globum
 Cunæ ergo officiant, quo nihil editæ
 Censendum ſuperi: quique crepundia
 Terris recolitis uerſtra tenerier:
 Que occultant adytis ſacra latentibus
 Iungantur paribus, nam decet auſpicijs:
 Et noſtris cumulent aſtra nepotibus.

Sed poſta

Sed postquam finem loquendi Iupiter fecit, omnis
deorum senatus in suffragium concitatur, acela-
mantq; cuncti, fieri protinus oportere, adjiciuntq; sen-
tentia Iouiali, ut deinceps mortales, quos uitæ insi-
gnis elatio ex maximum culmen meritorum, ingeniumq;
mappetitum cœlitem propositumq; sydereæ cupiditatis
extulerit, in deorum numerum coaptentur. Ac mox in-
ter alios, quos aut Nilus dabant, aut Thebeæ, Aeneas ex
Romulus, alijs que quos postea astris doctrina nomen
inscruit designari Cœlites nominentur, ut post membra
corporea deorum fierent curiales. His quoque annuente
Ioue, iubetur quedam grauis, insignisq; fœmina, que
* Philologia dicebatur, hoc superi senatus consultum *Philoso-
encis incisum tabulis, per orbes ex compita publicare. phia.
Tunc Iuno condicit propter prædictorum thala-
mum iuuenum, ex nuptialia peragenda, uti
postridie omnis ille deorum senatus in pa-
latia, quæ in Galaxia Iouis habitatio-
nem potissimæ faciunt, diluculo con-
uenirent. His igitur actis, solio
rex ipse surrexit, omnis que
ille deorum numerus se-
des proprias, cur-
sus que repe-
tiuit.

MARTIANI
 CAPELLAE DE NV.
 PTIIS PHILOLOGIAE
 ET MERCVRII,
 LIBER II.



*Ed purum astrificis celum scandebat
 habenis
 Nox reuocans merso fulgentia sydera
 phœbo:
 Ardua tunc senior succedit plau-
 stra Bootes*

*Et spiris toruo nituerunt astra Diaconi.
 Auratis etiam flagrans splendebat in armis:
 Qui trahit astero fulgentem Sirion ortu.
 Hoc quoq; nysiacis quod sparsum floribus ardet,
 Multiplici ambitum redimitur lumine fertum.
 Virginis interea ad trepidas perlabitur aures
 Fama Iouis magno dum complet tecta boatu.
 Denique ipsa compertis superum decretis, adulata que
 iam nocte Philologia pernigilans, multa secum ingenti
 cura anxia retractabat. Ingrediendum primò se-
 natum deum, Iouis que subeundos in præmeditata ui-
 sione conspectus, exiliendum que sibi in superam celi-
 tum que fortem. Deinde ipsi sociandam esse Cyllenio.
 Quem licet miro semper optarit ardore, tamen uix cum
 post unctionem palestricam recurvarem dum flores ipsa
 decerperet, præelectis quibusdam herbusculis cōspicata,*

quid

quid quod utrum sibi hæc nuptialis conduceret amplia tudo, anxia dubitabat. Nam certe mythos poëticæ etiam diuersitatis delicias milesias, historias que mortalium postquam supera conscenderit, se penitus amissuram, non casua opinione formidabat. Itaque primò con ducat ne connubium, atque ætherei uerticis pennata rapidas apto sibi fœdere copuletur, ex nuptiali cōgruentia numero conquerit, moxq; nomen suum Cyllenijq; uocabulum. Sed non quod ei dissonans discrepantia nationum, nec diuersi gentium ritus pro locorum causis cultibus que finxere. Verum illud quod nascenti ab ipso Ioue sydereæ nuncupatione compactum, ac per sola Aegyptiorum commenta uulgatum, fallax mortalium curiositas aſeuerauit, in digitos, calculum que distribuit. Ex quo finalē utriusque literam sumit, que numeri primum, perfectum que terminum claudit. Dehinc illud, quod in Fanis omnibus soliditate cybica dominus adoratur. Literam quoque, quam* uim mortales *Biuum litatis aſerere prudens Samius extimauit, in* locum *loco proximum sumit, ac sic mille ducenti, decem et octo ximo numeri effulserunt. Quos per nouenariam regulam distribuens, minuens que per monades decadibus subrogatas, in tertium numerum perita restrinxit. Suum quoque uocabulum per septingentos uiginti quatuor numeros explicatum, in quaternarium duxit. Qui uterque numerus congruenti ambobus ratione signatur. Nam et ille, quod ratio principium, medium, finem que dispensat, pro certo perfectus est. Quippe lineam facit solus, et solidorum frontes incunctanter absoluit. Nam longitudine, profunditateq; censentur.

censentur. Dehinc numeri triplicatio prima ex imparibus ratiōēbus ratiōēbus gignit. Tres autem Symphonias quis ignorat in musicis? Numerusq; impar maribus attributus. Omne uero tempus tribus uicibus uariatur. Atq; idem numerus seminarium est perfectorum: sexti uidelicet atque noni, alterna diuersitate iuncturæ. Ritè igitur deo attribuitur rationis. Philologia autem, quod etiam ipsa doctissima est: licet fœminis numeris estimetur, absoluta tamen ratione perficitur. Nā quaternarius suis partibus complet decadis ipsius potestatem: ideo que perfectus est, ex habetur quadratus ex cubus, ut ipse Cyllenius, cui anni tempora, cœli clymata, mundiq; elementa conueniunt. An aliud illa senis Dei ratio, qui Mathentetraden non tacuit, confitetur: nisi perfectæ rationis numerum. Quippe intra unum secundum Triaden ipsum bisbinum tenet. Quis collationibus Symphoniae peraguntur. Nam tres ad quatuor epitritus uocitatur Arithmetica ratione, & Diateſſeron in musicis perhibetur. Item intra eum iacent tres ad duos, qua hemiolos forma est, symphoniam que secundam, qua Diapente dicitur, reddunt. Tertia symphonia est, qua Diapason in melicis perhibetur, diplatioq; conficitur: hoc est uno duobus collato. Igitur quaternarius numerus omnes symphonias suis partibus perfectus absoluit, omnia que mela harmonicorum distributione cōquirit. Hanc igitur discutiens numeri congruentiam, perita uirgo gratulatur. Deinde utrūq; consociat, ex trias quaternario consociata heptaden facit. Qui numerus rationis superæ perfectio est, sicut etiam ὁμολογεῖ illa docet plenitudo. An aliud fatalis temperamenti cursus, syderumq; circuli, motusq; testatur, intraq; latebras uteri

uteri septimo mense absolute mortalitas. Dehinc quod trias triplicata, nouem numeros facit. Quaternarius autem per διπλάσιον geminas octonarium reddidit. Nouem uero ad octo epogdoi numeri efficiunt iunctionem, tantumque pensat in numeris, quantum symphonia diapason in melicis: quae tonum facit, qui est consonae unitatis continua modulatio. Ex quo nihil est quod discrepet, aut resultet in medio, consentaneaque congruit iugitate. Ergo predictorum nominum numerus concinebat. Sic igitur rata inter eos sociatio copulam nuptialem uera ratione constrinxit, ex quo commodissimum fibi connubium letabunda alio mentis fluctu multiuida concitauit. Nam nihil differens animo decori, forme ac substantiae coepit formidare corporeae. Quippe perferendos flammorum celestium globos, et ignes ardentium syderum mortaliibus adhuc artibus et macilenta gracilitate siccatis, non incassum tremebunda formidat. Sed aduersum illa quodam abderitate senis* Alyma, cui multa* lapillis, surculisq; permixtis herbarum etiam membrorumque concepsit, * Alunna rat, preparauit. Colchica etiam in centum uoces continuata fiducia adamantini cacuminis impressione signatur. Quid aduersum ignes superos deorum confinia preparata decoris incuriam uenustatis etiam lumine submo uebat. Denique reuibratu suo corpori mensis apposito, irrorati liquoris illimiebat unguentum. Sed cum talia uirgo componit, pedissequa eius Periergia incertum utrum sit a matre virginis misa, an sua, utpote eius collectea, trepidatione sollicita quid ageret, conspicatur. Quam cum disponente predicta rimatim ab hostio speculabunda cognosceret, aliam eius ancillam, cui Agrypnia uocata bulum

bulum est, atque intra cubiculum præbebat excubias, adorsa est increpare quod paululum connuere seruandi decoris gratia uirginem non sciuisset. Cum ipsa hec cuncta, si Philologia miungeret, ualeret implere. Nam iam multa afferit circuise, mancipia que dotalia. Quid solertia, quid ornatus, quid deni que indumentorum sumerent comperisse. Non sibi quoque nescitum, quid sponsus ipse perageret, quid Iouis in palatio ageretur. An Leucothea succenderet facem, lumen que purpureum, et an Solis remigia uigilarent. Sonipes que Phosphori comeretur. Id genus innumera, quæ curiosis perscrutationibus aspicerat, astruebat. Verum secretum cubiculi repente Phronesis mater irrupit. Quam cum uirgo conspiceret, ad eam accurrens, honorandum que pectus exosculans, præparatorum poëmatum conscientiam fecit. Verum illa exuuias filiae, ornatus que detulerat, quis induit deorum sociari coetibus non paueret. Ita que uestem, peplum que lactis instar fulgidum dedit. Quod uel ex illa herbarum felicium lana qua industi perhibent indice prudentiae Vates accolat que montis Umbracij. Et quantum osus eius telluris appetitat excedentis Byssinetibus uidebatur. Dehinc apponit uertici Diadema uirginale, quod maximè medialis gemmæ lumine prænitezbat. Ex qua Galeata quædam, obiecta que uultum Virgo instar secreti Troiani penitus incisa resplenduit. At cingulum, quo pectus annexeret, sibi prudens mater exsoluit. Et ne Philologia ipsius Phronesis careret ornatus, eius pectori, quo uerius comeretur apponit, calceos præterea ex papyro textili subligauit: ne quid eius

*Eius membra pollueret morticinum. Acerra autem multo
aromate grauidata, eadem que candenti manus Virginis
noscatur.*

Et iam tunc roseo subtexere sydera peplo
Cœperat Ambronum promens aurora spudorem:
Cum creperum lux alma micat gemmata decore:
Cum nitet aurato fit et cum Phosphorus astro.
Tunc candens tenero glaciatur rore pruina:
Et matutinæ greges quatunt in pascua caulas.
Langida mordaces cum pulsant pectora curæ:
Et fugit expulsus Lethea ad littora somnis.

Ecce ante fores quidam dulcis sonus multifidis
suavitatis suscitator, quem Musarum conuenientium chorus impendens nuptialibus sacramen-
tis modulationis doctæ tintinnibus concimebat. Nam
nec tibiarum mela, nec ex fidibus sonitus, nec hydran-
larū harmonica deerat plenitudo. Sed in blandum col-
lata cantum, ac modificato fine compactum uoci
uirginum complementi spacium ratum fecere silen-
tiam. Ac tunc ille omnis chorus candoris uocibus,
dulcique modulatu præuertit omnes organicas sua-
uitates, et cum sacrae numeris cantilenæ hæc dicta
funduntur:

Scande cœli templa Virgo
Digna tanto fœdere.
Te fœcer subire celsa
Poscit astra Jupiter.

52 Tunc

36 Martiani Capel. de nuptijs
T V N C V R A N I A C A E T E
R I S P A V L V L V M R E T I-
 centibus sic cœpit.

*Sydereos cœtus et culmina sacra polorum
 Nil iam coniœiens numine fisa vide.
 Olim disquirens nexos quid torqueat orbes:
 Nunc præsul causas raptibus ipsa dabis.
 Que circos textura liget, que nexio claudat:
 Ambiat et quantos orbita curua globos.
 Sydereos cursus quid cogat, quid' ue retardet,
 Quis lunam finimet, uel minuat radius.*

**Reuoluit Qui cœlum stellat fomes, et quanta* reuoluat.
 * Dijis Que sit cura*dies, uel modus aspicies.*

*Scande cœli templa Virgo
 Digna tanto foedere.
 Te sacer subire celsa
 Poscit astra Iupiter.*

T V N C C A L L I O P E.

*Semper complacitis amica musis:
 Cui magnesia poculum fluenta,
 Et fons Gorgonei tulit caballi.
 Vertex aonidum uirens Choraulis
 Cui frondet uiolas parante Cyrrha
 Tu uatum mela dulcibus camœnis
 Et scis Pindaream chelim referre.
 Te dictante fides sacrumq; plectrum
 Mouit threicium sonare carmen.*

O lux

O lux nostra sacros probare cantus
Suesce, atq; organicis beare circis.

Scande cœli templa Virgo
Digna tanto fœdere.
Te fœcer subire celsa
Poscit astra Iupiter.

AC SIC POLYMNIA.

Tandem laboris fructus æthram fulgidam
Diuumq; sedes, ac Iouis consortia.
Proœcta carpis* inclytoq; numine,
Cruenta dudum que iugare rhytmica
Ac dispari mixta suetare regula,
Mox quid iacente, quid iugata linea
Trigonus recuruet, circulusq; torqueat
Melos probare, ac tonos ex Crismato,
Artesq; cunctas solita, que celitum
Possunt parare mente* ad alta culmina.

* inditoq;
nomine.

* adacta

Scande cœli templa Virgo
Digna tanto fœdere
Te fœcer subire celsa
Poscit astra Iupiter.

T VNC MELPOMENE.

Sueta coturnatos scœnis depromere cantus,
Soccumq; ferre comicum.
Et reboare tua tulimus que carmina cura
Melo fauente rhythmico.

c 3

Nunc

38. Martiani Capel. de nuptijs

Nunc tibi Virgo cano spes atq; assertio nostri,
Tenore uersa carminis.
Nam thalamum redimire iuuat, tu ferta probato
Tuis placere ritibus.
Digna mariali semper uidearis olymbo:
Decentiorq; celitum.

Scande celi templa Virgo
Digna tanto foedere.
Te ficer subire celsa
Poscit astra Iupiter.

AC SIC CLIO.

Tu que Rhetorico clangere syrmate:
Atq; reum rabido absoluere pectore
Quae nunc sensa ligans horrida nexibus:
*Soritas cumuli accessibus aggerans.

* Soritans

Nunc quid grammatica stringere regula:
Quid fandi ambiguis conterat ordinem.
Docticanis solers ludere sensibus:
Nuncstellata poli confspice limina:
Et candore sacro Aetheris utere:
Quem uero precium est noscere lumine.

Scande celi templa Virgo
Digna tanto foedere
Te ficer subire celsa
Poscit astra Iupiter.

M O X . E R A T O .

Caput artibus inclita Virgo,
• Cui panditur aula Tonantis:

Merito

Merito tibi subditur Orbis
 Rationibus ante repertus:
 Sacra fulgura cur rutilescant:
 Fragor intonet unde resultans:
 Quid agat per aperta* madorem
 Modo nubibus imbrificatis.
 Quid cunctibus agmine nimbis
 Reuocet nitidissima uerna
 Rotet omnia circulus anni
 Properantia claudere secla.
 Quid habent rationis opera
 Canimus tibi cognita soli.

*madore

Scande celi templa Virgo
 Digna tanto foedere.
 Te sacer subire celsa
 Poscit astra Iupiter.

ACTVNC TERPSICHORE.

Leta honoris meritis astra Virgo conspicis
 Hoc tibi sollers parit ingenium labosq;:
 Ista peritis tribuit cura uigil lucernis.
 Perdia pernoxq; sacris nang; onerata chartis
 Quicquid agentes stoasi prescia dant futuris
 Semper anhelis docilis somnitibus tulisti.
 Nam saeborum rapidis quid uapor edat aris.
 Fumida quid thuricremis aura paret fauillis
 Omnia uel certa ferant uocibus auguratis
 Intrepidis nec dubitans, fatibus anteuortis.

Scande cœli templa Virgo

Digna tanto fœdere.

Te fœcer subire celsa

Poscit astra Iupiter.

DEHINC EVTERPE.

Virgo peritæ prævia sortis:

Quæ potuisti scandere cœlum:

Sacraq; castis dogmata ferre:

Noscere semet quis ualuere,

Quiq; uidentes lumine claro

Numina fati ex geniorum

Cernere uultus.

Quæq; Platonis, Pythagoreq;

Eſſe dedisti sydera mentes:

Tuq; caducis mortalibusq;

Nube remota cernere iusti

Numina cœli.

Iure ſenatum ſcande tonantis:

Quam decet unam Mercuriali

Fœdere iungi.

Scande cœli templa uirgo

Digna tanto fœdere:

Te fœcer subire celsa

Poscit astra Iupiter.

DEINDE THALIA.

Beata uirgo tantis

Quæ syderum choreis

Thalamum

Thalamum capis iugalem,
 Ac sic fauente mundo
 Nurus adderis tonanti:
 At cuius eſe diui
 Tibi contigit maritam
 Eius meante penna
 Qui ſolus aſtra mundi
 Præteruolans perrexit
 Rapidis uigil procellis:
 Qui cum ſuperna tranat:
 Freta ex tartarum recurrit,
 Qui ſolus ante currum
 Et candidos iugales
 *Altipotens parentis
 Memorem ciere uirgam
 Qui fata ſuccidentis
 Separat libens Oſtris
 Sationibus grauari
 Genitalibus repertis.
 Quem ſcit pater deorum:
 Cui lacteam papillam
 Gaudens dedit Nouerca:
 Cuius uigente uirga
 Dirum ſtupet uenenum:
 Cui uirus omne fanti
 Orbem facit gemellum
 Eſt doctus ille diuum:
 Sed doctior puella:
 Nunc nunc beantur artes:
 Quas ſic ſacratis ambo

*Alnipotēs

Vt dent meare coelo
 Reserent caducis astra:
 Ac lucidam usq; ad ethram
 Pia subuolare uota
 Per uos uigil decensq;

*Noys *Nus mentis ima complet:

Per uos probata lingua
 Fert gloria per euum:
 Vos disciplinas omnis

*consecrate Ac nos *sacrate Musas.

Dum haec igitur Musæ nunc solicanæ, nunc concidentes
 interserunt, uicissim que mela dulcia geminantur, ecce
 quædam matrone sobrio decore laudabilcs, nec conqui-
 sitis figuratis circa faciem uultuose: uerū simplici qua-
 dam comitate prenitentes, in penates Virginis, thala-
 mumque conueniunt. Quarum una intenta circumpon-
 ctione cautissima, ex omnia rerū uigili distinctione dis-
 criminas, dicebatur Prudentia uocitari. Huius germana
 sua, cunctis attribuens, nullumq; eo, quo non merebatur,
 afficiens, Iustitia serebatur sortita uocabulum. Verum
 tertia contemptis muneribus, atq; abstinentia prædicade
 ex morū Temperantia nomen acceperat. Quæ supererat
 fortissima, ac tolerandis omnibus aduersis semper infra-
 etta subeundis etiā laboribus robore quoq; corporis pre-
 parata, Virium uocabulu possebat. In amplexum eius,
 osculumq; deferuntur, atq; eam cum intra cubiculū con-
 spicerent, per omnia trepidantem, ex uelut lucifugam
 hæsitationibus torpente, pectus eius, faciemq; tractan-
 tes, in conspectum omnium ex publicam uenire faciem
 compulerunt. Post has ingressa quedam grauis, crinitaq;
 foemina,

foemina, et ex eo quod per ipsam Iupiter ascensum cunctis in supera tribuerit admodum glorioſa. Quam cum Virgo conficeret, ad eam omni studio, affectuq; concurrit: quippe quadam fiducia conpertorum, ipsa eidem scandendum cælum fuerat augurata, et nunc ad eam in nuptias corrogandam ab ipso trāsmissa Maiugena. Præterea tres puellæ uultu decoreq; parili, ac uenustate luscultantæ, fætis religatae, inuicem manus, roſarumq; ſpeculis redimitæ, ad Virginem conuenere. Quarum una deoſculata Philologiæ frōtem, illic ubi pubem ciliarum discriminat glabellæ medietas. Alia os eius, tertia pectus apprehendit. Videlicet prima: ut lētos oculis afflaret honores. Secūda gratiam eius linguae inspirabat. Animo tertia comitatem. Quippe illæ Charites dicebantur. Et quicquid apprehenderant, uenustabant. Que quidē virginem postquam lumine repleuere, Musis admixta, etiā gesticulationes consonas, atq; hymenæa dedere tripudia. Sed ecce magno tympani crepitū, crotalorumq; timitu uniuersa diſſultant, eosq;, ut Muſarum cantus alii quantò bombis tympani obtusior redderetur. Et cum sonitu introſertur lectica interſimcta syderibus: cuiſitu mystico crepitus præcimebaat, qua mos fuerat nubētes Deus in cœlestis thalamī peruenire consortia. Ante hanc quædam augustioris uultus foemina, ac sacro lumine, æthereoq; resplendens uenerabili antistitio præminebat. Quam cum omnes qui affuere, conficerent, reueriti inclytam maiestatem, ut deorum omnium mundi que custodem, huic Athanasiae nomen fuit. Et heus inquit, Virgo precepit deorum pater: hac regali lectica in cæli palatia subueharis: q; quidem nulli fas.

li fas attractare terrigena. Sed ne tibi quidem ante nos
strum poculum licet. Et cum dicto leniter dextra cordis
eius pulsus, pectusq; petractat: ac nescio, qua intima
plenitudine distentum magno cum turgore respiciens,
nisi hæc, inquit, quibus plenum pectus geris coaptissima
egestione uomueris, forsæq; diffuderis, immortalitatis se-
dem nullatenus obtinebis. At illa omni nisu, magnaq; ui,
quicquid intra pectus persenserat, euomebat. Tunc uero
illa nausea, ac uomito laborata, in omnigenum copias
conuertitur literarum. Cernere erat, qui libri, quantaq;
uolumina, quot linguarum opera ex ore uirginis deflue-
bant. Alia ex papyro quæ cedro perlita fuerant, uide-
bantur. Alij carbasinis uoluminibus cōplicati libri, ex
ouillis multi quoque tergoribus. Rari uero in phylliræ
cortice subnotati. Erantq; quidam sacra nigredine co-
lorati, quorū literæ animantium credebantur effigies.
Quasq; librorum notas Athanasia conficiens, quibus-
dam eminentibus saxis iussit ascribi, atq; intra speciæ per
Aegyptiorū abdita collocari. Eadēq; saxa stellas appella-
lans, deoram stemmata continere. Sed dum talia uirgo
undanter euomeret, puelle quām plures, quarum artes
aliae, aliae dictæ sunt disciplinæ, subinde, quæ uirgo ex
ore effuderat, colligebant. In suum unaqueq; illarum ne-
cessarium usum, facultatemq; corripiens, Ipsæ etiam
Musæ presertim Vrania, Calliopeq; innumera gremio
cōgessere uolumina, in alijs quippe distinctæ ad tonum,
ac deductæ paginae in alijs circuli, lineaq; hemisphaeria
que eum trigonis ex quadratis multiangulæq; forme
Protheorematum, uel elementorum diuersitate formatae.
Dehinc pictura animalium membra multigenum in unā
speciem

speciem complicabat. Erant etiam libri qui sonorum mela, signataq; numerorum, ex cantandi quædam opere præstrebant. Postquam igitur illam bibliothecalem copiam nixa imitatus Virgo diffudit, exhausto pallore confecta, Athanasie opem quæ tanti laboris conscia fucrat, postulauit. Tum illa, ut refectior cælum sublimisq; consendas, hoc tibi accipe sorbillandum. Ac tunc matris Apotheosi, quæ cum illa fortè conuenerat, etiam pridem libros, qui ex Philologicæ ore defluxerant, manu continuens, ac dimumerans consecrabat, auferens quandam globosam, animatamq; rotunditatem sumit, ac uirgini porrigit hauriendam. Verum ipsa species ouï interioris cocomo circulita exterius rutilabat. Ac dehinc perlucida manitate, albidaq; humore, interiore tamen medio solitudo apparebat. Quam cum Philologia susciperet, quoniam post tanti laboris afflictiones, estusq; mentis plurimum sitiebat, reseratis eius rotunditatis archanis, postquam rem dulcissimam comperit, totam incunctâter exhausit.

Continuoq; noua solidantur membra uigore:
Et gracilenta perit macies, uis terrea cedit:
Aeternumq; uenit sine mortis legibus æuum.

Verum diua cum immortalitatis eam poculum cernebat ebibisse, quo è terris illam cælum pergere, immortalis factam, uelui enigmate redimiculi perdoceret, ex herba quadam rurestri cui òes? woy uocabulum est, uirginem coronauit, præcipiens omnia, quæ adhuc mortalibus aduersus uim superaram in præsidium coaptarat, ut expelleret: quippe caducea, mortalisq; substantia isthac esse minime memorabat. Quæ quidem omnia eidem mater abs-traxit,

traxit, postquam eam mudana transcendisse studia re cognouit. Tunc Philologia ex aromate præparato, acer-raq; propria, Athanasie primitus supplicauit, matriq; eius gratiam multa litatione persoluit, quod nec Ve- dium cum uxore confexerit, sicut suadebat Etruria. Nec Eumenidas ad chaldea miracula formidauit: nec igne usserit eam, nec lympha subluerit, nec anima simula crum Syri cuiusdam dogmate uerberarit, nec Phasi scēnis ritu Charontis manibus inuolutam immortalitatem mortis auspicio consecravit. Inter ea consendere iussa lecticam, quæ in suggestu maximo, quoniam uidebatur difficile admodum sibi, ne dicam impossibile deputabat. In quam rem cōsequēter implenda alūnum suū dilectum p̄æ ceteris cōuocauit. Quo innixa omnē difficultatē sua p̄æ confessionis euicit. Verū idē, qui Labor ab eadē uocabatur, nō solū in lecticā culmen eam sustulit, uerū ca lum cum domina impiger permeauit. Quippe cōsociata sibi quodā puero renidēti, qui nec uoluptuarie Veneris filius erat, & tamē Amor à sapiētibus ferebatur, à frōte lecticā subuehere moliūtur. Nā posticā Epimelia, & Agrypnia dilecta uirgini sustulere mācipia. Sic enim Atha nasia p̄æceperat, ut uterq; sexus cū Philologia cālū pos set ascendere. Precedit illico consendentē Musarū cōci nentiū pōp., & p̄ædicatorū comitū uenerabilis multitu do. Periergia uerò alijs comitata pedissquis, dotali busq; mācipijs curiosè uniuersa perscrutās, atq; interro gans sequebatur. Verū ad culmina arcis aēriæ comitatus ille cum uirgine propinquabat. Et ecce aduenire subitā deorū pronuba nunciatur, antequā Cōcordia, Fides, Pu dicitiāq; p̄ecurrunt: nam Cupido corporeæ uoluptatis illex

illec, licet eam semper antevolet, Philologie occuribus non ausus est interesse. At ubi in conspectum nubentis diua peruenit: atque ut mos uirginis erat, litauit aromatibus, Deam talibus deprecabatur: Iuno pulchra, licet Iunonis non aliud nomen tibi consortium celeste tribuerit, et nos à ^{na} iuuando Iunonem, unde et Iouem dicimus, nominemus.

Site Lucinam, quod lucem nascentibus tribuas, ac Lucciam conuenit nuncupari. Nam fluuionam, februalemq; ac februam mibi poscere non necesse est, cū nihil contagionis corporeæ sexu intemerata pertulerim. Interducā et dominicam, Vnxiam, *Cinthiam mortales puellæ debent in nuptias connocare, ut earū et itinera protegas, et in optatas domos ducas, et cū postes ungent, faustum omen affigas, et cingulū ponentes in thalamis nō relinquas. *Sotigenam te, quas uel in partus discrimine, uel in bello protexeris, precabuntur. Populonā plebes *curitam *curitam debent memorare bellantes. Hic ego te aëriam potius ab aëris regno nuncupatā uoco. Da noske poscēti, quid hec aëria latitudo, atq; athomis perlucientes concurrentibus campi animantiū gerant: quid ue hic dicatur numinum subuolare. Nō enim de humilitate aëris illius quero, qui uolucribus permeatur, quē Olympi mōtis cacumē excedit: qui uix decē stadiorū altitudine sublimatur. Sed clata disquirro. At iā fas puto quicquid, πόδι εὐδαμονίας lectitans intellexerā, conspicari. Hic Iuno consendentis precibus nō repugnans, eam secum in arces ducit aërias, atq; ex hinc multarū diuersitates edocet potestatum. Illa inquit, quos ignitæ substæcia, flammatis que suspicimus, ab ipso ethere, sphæra etq; superioris ambitu, usq; ad solem circulū demeantes, ipsi dicūtur Dij, et cælites alias perhibentur: causarūq; latentū archana cōponunt. Sunt

*Cinthiam

*Sotigenam

cñm

enim puriores, nec admodū eos mortalium curarum uota
 sollicitant, & uoces perhibentur. Illic Iouem regnare
 certissimum est. At intra solis meatum usque ad lunam
 rem globum, secundae beatitatis numina, superis que po-
 tentiae, per quae tamen uaticinia, somnia que ac prodigia
 componuntur. Hec aruspicio extra physiculant admo-
 nentia quedam, uoces que transmitunt, auguratis que
 *homimibus loquantur *omnibus. Plerunque enim querentes admo-
 nent, uel syderis cursu, uel fulminis iaculo, uel ostenta-
 *noui alias ria *nouitate. Sed quoniam unicuique superiorum deorum
 additur. singuli quique deseruiunt, ex illorum arbitrio, istorumque
 comitatu, et generalis omnium praesul, et specialis fin-
 gulis mortalibus Genius admouetur, quem etiam Presti-
 tem, quod presit gerundis omnibus, uocauerunt. Nam ex
 populi Genio, cum generalis poscit, supplicant, et
 unusquisque gubernatori proprio dependit obsequium.
 Ideoque Genius dicitur: quoniam cum quis hominum geni-
 tus fuerit, mox eidem copulatur. Hic tutelator, fidissi-
 mus que germanus, animos omnium, mentes que custo-
 dit. Et quoniam cogitationum archana super et annun-
 ciat potestati, etiam Angelus poterit nuncupari. Hos
 oes Graci δαίμονες dicunt, & ὁ τὸν δαίμονες εἴναι.
 Latini Medioximos uocitarunt. Qui quidem omnes mi-
 nus lucidae, splendentisque naturae, quam illi cælestes, sicut
 conspicitis, approbantur. Nec tamen ita sunt corpulen-
 ti, ut hominum capiatur obtutu. Hic ergo lares, hic post
 membrorum nexum degunt animæ puriores, quæ plerunque,
 si meritorum excellentia subuehantur, etiam circulum
 Solis ac flammantia septa transiliunt. Dehinc à lunari
 circulo usque in terram, quicquid interpatet, interstitij
proprij

proprijs partitione discernitur. Et ab orbe lunari interfusa medietas disparatur. Sed superior portio eos sicut conspicis, claudit: quos iudeous dicunt, quosque Latinè Semideos conuenit memorare. Hi animas cælestes gerunt, sacrasq; mentes, atque sub humana effigie, in totius mundi commoda procreantur. His animus datus ex semipiternis ignibus, que sydera, stellasq; vocamus. Qui quidem plerunque sui miraculo fidem fecere cælestium, ut in ortu Herculis geminæ noctis obsequium, serpentesque idem parvus oblidens, uim numinis approbabuit. Tages fulcis emicuit, ex ritum statim gentis, Sypnumq; monstrauit. Ammon apparuit cum cornibus arietinis ex uestimento lacrimo, ac fitientibus undam fontis exhibuit. Quid loquar eos, qui primi mortalibus usum rerum, maioraq; commoda præstiterunt: ut uitem Dionysius apud Thebas: Osiris apud Aegyptios haustum uimi, usumque comperiens: frumentum Isis in Aegypto: Triptolemus apud Atticos docuere. Eademque Isis lini usum, semetemque monstrauit. Commiuenda frugis, farrisq; fragmenta Pilumno signat Italia. Ascribit Asclepio Graecia medicinam. Alij quoque huius generis homines in diu mandi usum ex præscientiam procreati, ut Carmentis in Archadia, ab effuso per uaticinia carmine memorata. Sibylla, uel Erythrea, queque^{*} Cumena est, uel Phrygia: quas non decem, ut assertunt, sed duas fuisse non nescis, id est, Erophilam troianam Marmensi filiam, ex Symmachiam Hyppotensis filiam que Erithrea progenita, etiā Cumis est uaticinata. Ex hac diuinandi posibilitate Amphiarus, Mopsusque celebrati. A medietate uero aeris usque in montium, terreque confinia, Emithei, heroësq; d uersantur.

^{*Cymæ}

uersantur. Qui ex eo quòd Heram terram veteres dixerunt, Heroës nuncupati. Ibiq; manes, id est, corpori humano presules attribuit, qui parentum seminibus manes uerunt. Deniq; hæc omnis aëris à luna diffusio, sub Plutonis potestate consistit: qui etiā Summanus dicitur, quasi summus Manium. Hic luna, que huic aëri propior est, Proserpina memoratur. Verum illi Manes quoniam corporibus illo tempore tribuuntur, quo fit prima conceptio, etiam post uitam hisdem corporibus delectantur, atque cum his manentes, appellatur Lemures. Qui si uite prioris adiuti fuerint honestate, in lares domorum, urbiumq; uertuntur. Si autem depravat ex corpore, Laræ peribentur, ac Manie. Manes igitur hic tam boni quam truces sunt constituti, quos Agathos & Cacos Demonaes memorat Graia'discretio. In his etiam locis Summanes eorumq; praestites manæ atque^{*} mantuona. Dij etiam, quos Aquilos dicunt. Item Fura, Furimá que, & mater *tripotes Mania: Intemperieq; & alij^{*} tripes diuorum degunt. Circa ipsum uero terræ circulum aër ex calore supero, atque ex halatu, mādere que infero turbidatus, egredientes è corporibus animas quodam fluenti æstu collidens, non facile patitur euolare. Hinc que tractum Pyr Phlegetonta sollertia poëtice adumbrationis allusit, atque in eo perenni strepitu uolutata colliditur animalium, quas Vediūs adiudicarit. Impietas, id est, Pluton: quem etiam Ditem, Veiouem que dixere. Ipsam ^{*que} quoque terram, * aqua hominibus inuia est, referunt longæuorum chori, qui habitant sylvas, nemora, lucos, lacus, fontes, ac fluios, appellantur que Panes, *Foni Fauni, * Fones, Satyri, Syluani, Nymphæ, Fatui, Fatuæq;

Fatueq; uel Fantue, uel etiam Fane, à quibus fana dia-
cta, quod soleat diuinare. Hi omnes post prolixum æuum
moriuntur, ut homines, sed tamen ex præsciendi, ex in-
cursandi ex nocendi habet presentissimam potestatem.
Inter priores igitur Genios tua adhuc mortalis Virgi-
nis Diua consistet. Nam * eccam tibi, Iuno ætherea, seu *eccum
Vesta est: ut iam immortali, diuæq; præcipit dicens: Iam
sede in concilio Iouis directa. Demumq; de acerra Vir-
ginis partem sumit. Tunc portatores diuæ correpta
lectica, magno eam molimine subuexere. Sed postquam
centum uiginti sex millia stadiorum aëria subiecti leui-
tate concenderat, ac tonum primum phthongis complea-
uerer cœlestibus. Lunarem ingressa circulum Virgo, Di-
ua congruis nidoribus supplicando: de proximo confi-
catur globosum quoddam, tenerumq; corpus, superni ro-
ris levitate compactum, instar speculi prænientis, adia-
culati fulgoris radios reuibrare. In eo fistra Niliaca,
Elysinaq; lampas, arcusq; Dictynæ, tympanaq; Cy-
belia uidebantur. Triformis etiam, discolorq; uertigo
terribili quadam maiestate rutilabat. Quæ licet corni-
gera, ex parum crederetur aspera, egestionibus opportu-
na: tamen ex selem, ex ceruam, etiam conuersiones bis bi-
nas uultibus præferebat. Ex hinc medio quam ad lunæ
conscenderat, ad Cyllenij circulum uenit. Quo hemito-
nio permeato, multiplex ei, utpote nubenti Domine
ministrorum populus occurrit letabundus. Inter quos
splendentis forme, habitusq; foemina, ac promptæ uber-
tatis ornatibus opulenta, Virgine salutata, usque in eius
osculum confisa peruenit. Sed mirabatur illa obsequen-
tium multitudo, que sicut Syrus quidam astruit in
d 3 numero

numero duorum millium fuerat constituta, quod foemina, quam Hetrusci dicebant, ipsi deo nuptam fuisse Cyllenio nulla prorsus inuidia titillata, Virginem complexa constringerat. Hec autem Facundia, nam illi hoc erat uocabulum, in Philologiae penatibus se ortam, educatamque memorabat. Nec indignum esse quod sibi alumna prelatة est, que ex sibi semper ornatum ex pabulum multis prebuerat disciplinis. Venit etiam quedam decens, ac pudicissima puellarum: que прæsul domus, custosque Cyleniae, Verum themis, aut Astraea, aut Erigone dicebatur: spicas manu, celatamque ex hebeno pinacem argumentis talibus afferebat. Erat in medio avis Aegyptia, que Ibis memoratur ab incolis. Sed cum petaso uertex, atque os pulcherrimum uidebatur: quod quidem serpētis gemini iam bebat implexio. Subter quedam prænitens uirga, cuius caput auratum, media glauca, piceus finis extabat, *minitansque; Sub dextra testudo, *minitasque nepa, à leua caprea. Sed Dilofon alitem, que sit oscinum mitior in certaminis tentamenta pulsabatur ipsa uero Ibis prænotatum gerit nomen mensis cuiusdam memphiticī. Hanc tabellam cum ingestam sibi conficeret Virgo uenerata, licet sponsi cognosceret argumentum, tamen non ausa est sine suppli catione transire. Tunc etiam candidior Atlantidum Iouis congressu, pignorisque culmine proiecta superuenit: que quidē ne in nurus officio sine bilance libra appare re dignata est. Quād uirgo uenerata, quoniam satis* sociam filio recognouit, duabus cum lucrorum potente dicatis coepit honorare pecudibus. Hinc festinatur ascensus, ex usque in Veneris circulum hemitonio transuolatur, ipsaque Venere, que nuptijs allubescerat, quantum decebat

*socia filio est

decebat orata , hoc in ea perhibetur intuita , quod admodum pulchra, tamen Anthias draconibus circumfle
xa, crebroq; capillito uulsa, ambifariumq; Nitalsecum
cōgressa mitificat. Mox studium in solarem laborare cir-
cum , quippe sescuplo fatigabat ascensum : qui tonus
ac dimidius habebatur. Ibi quandam nauim, totius natu-
re cursibus diuersa cupiditate moderantem , cunctaq;
flammarum congestione plenissimam , beatis circumfa-
ctam mercibus conspicatur. Cui nautæ septem germani,
tamen suiq; consimiles præsidebant. In prora, felix forma
depicta leonis in arbore, Crocodili in extimo uidobatur.
In eadem uero rate fons quidam lucis ethereæ , archa-
nisq; fluoribus manans, in totius mundi lumina funde-
batur. Quo uiso, Philologia consurgens, totaç; uenera-
tione supplicans, ac paululum connuens oculos deum ta-
libus deprecabatur.

Ignoti uis celsa patris, uel prima propago.
Fomes sensificus, mentis fons, lucis origo,
Regnum naturæ decus, atq; assertio Diuum:
Mundanusq; oculus, fulgor splendentis Olympi,
Ultramundanum fas est cui cernere patrem:
Et magnum spectare Deum, cui circulus Aethrae
Paret, ex immensis moderaris raptibus orbes.
Nam medium tu curris iter, dans solus amicam
Temperiem superis, compellens, atq; coercens
Sydera sacra Deum, cum legem cursibus addis.
Hinc est quod quarto ius est decurrere circo:
Ut tibi perfecta numerus ratione probetur:
Nonne ac principio geminum* tu das tetrachordom? *dans tu

Solem te Latium uocitat, quod solus honore
 Post patrem sis lucis apex, radijsq; sacrarum
 Bis senis perhibent caput aurea lumina ferre:
 Quod totidem menses, totidem quod conficis horae
 Quatuor alipedes dicunt te flectere habenis.
 Quod solus domites, quam dant elementa quadrigam:
 licet Nam tenebras prohibens, retegis quod cœrula lucet.
 Hinc Phœbum perhibent prodentem occulta futuri.
 Vel quia dissoluis nocturna admissa Isæum
 Te Serapim Nilus, Memphis ueneratur Osirim.
 Dissona sacra mitram Ditemq; feruntq; Typhonem
 Atys pulcher item, curui ex puer alm us aratri.
 Ammon ex arentis Lybies, ac Biblius Adon.
 Si uario cunctus te nomine conuocat orbis.
 Salue uera deum faiae, uultusq; paternæ
 Octo ex sexcentis numeris, cui littera trina
 Conformat sacrum nomen cognomine, ex omen
 Da pater æthereos mentis concendere coetus:
 Astringuntq; sacro sub nomine noscere cælum.
 Augeat hæc pater insignis memorandus ubiq;.
 His auditæ deorum sedes iussa est permeare, uerum Hemitonio subleuatam Pyrois circulus immoratur, in quo
 Iouis fuerat maximus filiorum. Ex quo circulo uisus Pyr
 Phlegeton amnis ad infra demeare. Quo transgresso,
 neq; enim labor fuerat, Hemithonij interiecta transcur-
 rere in Iouialis syderis peruenere fulgores: cuius circu-
 lus Phthongo personabat. Illic sydus erat temperamen-
 ti uiuifici, ac salubris effulgentia, blādis' que uibrata
 candoribus. Cuius quidem lucis natura ex calidis,
 humidisq; commixtionibus candens quadam prospera-
 tatis

tatis tranquillitate rutilabat. Verum ibi sydus Iouis: nam ipse totius mundi membra collustrans, ad deorum imperium dicebatur, ex senatum cœlitem commeasse. Hunc etiam prætergressa circum, ac parili interiectione sublimis, deorum rigidissimū creatorem in algido hærentem, pruiniisque nivalibus conspicata, uerū idem, quem circuire nitebatur, orbis melo Dorio tinniebat. Sed ipsi præsuli nunc draconis facies, nunc rictus leonis, nunc crista cum aprimis dentibus uidebantur, toto que exitialis fœnicit horrore. Cui tamen potestas pro circi granditate maior, ac prælata cœteris habebatur. Denique arpis, bombisque perterrita, tam intoleranda congreßione, Virgo diffusgit. Inde maximis conatibus sesquiplo itineris euhütur. Nam tono ac dimidio ad ipsius cœlestis sphærae globum, ac laqueatum stellis ambitum peruenitur. Sicque sex tonorum concensionibus ex stadiorum defessa latitudine fatigati. Cum Diapason symphoniam quicquid emensi erant aduerterent cōsonare, perfectione absolutæ modulatio-
nis, post labores maximos recreati, paululū conquerierūt. Ipsa quoque Philologia lectica disiliens, cū immensos lumenis campos, ethereæ tranquillitatis uerna conspiceret, ac nunc tot diuersitates cerneret, formasque decanorum, tunc octoginta quatuor liturgos celo miraretur astare. Videretque præterea fulgētes crebrorū syderū globos, ex circulorum alterna illigatione texturas. Ipsam uero que ambitū coercet ultimum, sphærā miris raptibus incitatā, polosque ex axem ex celi summitate uibratū, profundam transmeare terrā, atque ab ipso totam celi mollem, machinamque torqueri: tati operis, tateque rationis* patrē, deūque *deum, p. non sciens ab ipsa etiā deorū notitia secessisse. Quoniam tremet;

extra mundanas beatitudines eum. transcendisse cognoverat, empyrio quodam intellectuali que mundo gaudetem, iuxta ipsum extimi ambitus murum annexa genibus, ac tota metis acie coartata, diu silentio deprecatur. Venerumque ritu uocabula quædam uoce mentis inclamans, secundum dissonas nationes numeris uaria sono ignota. iugatis, alternatisque literis inspirata, ueneraturque uerbis intellectualis mundi praefules deos: eorumque ministros sensibilis sphærae potestatibus uenerandos: uniuersumque totū in finibilis patris profunditate coercitum. Poscitque quosdam tres deos, aliosque diei, noctisque; septimo radiatos. Quandam etiam Fontanam Virginem deprecatur. Secundum Platonis quoque mysteria ænigmæ d'ōvōtōc potestates. His diutissimè florem ignis, atque illam existentem ex non existentibus ueritatem, toto pectore deprecata. Tum uisa secernere ænthebōtū, sacraque meruisse. Quippe quidam candores lactei fluminis tractu stellis efflammantibus defluebat. Lætabunda igitur, gratesque testata, iter in Galaxeum flectit, ubi Senatum deum à Ioue nouerat congregatum. Erat autem ibi Iuialis domus, quæ ex granditate mira, mundanum ambitum possideret, ex decoro conspicuo fulgorem syderum uinceret, ex nouitate sinus signiferum circulum decusaret. Præterea tanto splendore renidebat, ut argenti crederetur fabricata materia. Ibi septa cadentia, culmenque septatum, limbis niualibus albicabant. Vbi iam Iupiter cum Iunone, omnibusque Diuis in suggestu maximo, ac subsellijs lacteis residens, sponsales præstolatur aduentus: qui simul Musarum uoces, ac dissonis mela dulcia cantilenis, Virginem aduentē percepit. Priore loco præcepit

cepit uenire Cyllenium. Cum quo Liber ex Delius fidi,
amantisimq; germani, Hercules etiam uterq; Castorum,
Gradiusq; ex quicquid deorū de Ioue progenitum est.
Cyllenij adhærebat officio. Elementorum quoq; praesides,
angeliciq; populi pulcherrima multitudo, animaq; pra-
terea beatorum ueterū: quae iam celi tempora meruerant,
gredus Maiugene sequebantur. Linum, Homerum, Man-
tuanumq; Vatem redimitos, canentesq; conspiceres: Or-
pheum atq; Aristoxenum fidibus personantes. Platone,
Archimedemque spheras aureas deuoluentes. Ardebat
Heraclytus. Vdus Thales, circumfusus aethoris Demo-
critus uidebatur. Samius Pythagoras celestes quosdam
numeros replicabat. Aristoteles per celi quoque culmi-
na Endeletiam scrupulosius requirebat. Epicurus uero
mixtas uiolis rosas, ex totas apportabat illecebras uolu-
ptatum. Zeno ducebat foeminae prouidentē. Archesilac
collum intuens columbinū. Multusq; præterea palliato-
rum populus studijs discrepantibus dissonabat. Qui qui-
dem omnes inter Musarum carmina continentū audiri,
licet per streperēt, nullo potuere rabulatu. Veniente igia-
tur, introgressoq; Cyllenio, omnis ille deorum senatus,
ueneratus uertice ingredientis, exurgit. Ipse Iupiter eum
propter suū conseuum Pallade à dextra sociata medium
collocauit. Nec longo interiecta ipsa quoq; Philologia
ambita Musis, ac matre preambula corrogatur. Qua
ingrediente, ac Vesta deum nutrici, eidemq; pedisseque
acerram illā Olacem aromatis refundente, omnis ille or-
do cælicolum portiones sibi competentes attribuēs. Ara-
bicis letabatur balatibus. Verum Virgo ut est per omnia
uercunda, licet à Ioue eius asidere confinio iuberetur.

d s tamen

58 Martiani Capel. de nuptijs Philo. L. i. II.

tamen ibi potius uoluit, ubi Musas conflexerat, admota
Palladis consortione residere. Tunc exurgens Virginis
mater poscit de Ioue, superisq; cunctis, uti sub conspectu
omnium, quicquid sponsaliū nomine preparauerat Ma-
iugena, traderetur, ac demum dos à Virgine non deesset.

*popcamq; Tuncq; tabulas ac Papiam, *Pompeam' que legem si-
nerent recitari. Cuius petitioni iustissimæ, deorum sena-
tus attribuit, ut in conseßu cælitum offerenda probaren-
tur. Hinc Phœbus exurgit, fratris officium non detre-
ctans, ac singulas ex famulicio, dilecto' que Cyllenio in-
cipit admuovere, que tam pulchrae cunctis quam ornatissi-
mae resulscere.

Transcursa lector parte magna fabula:

Quæ tam morosis implicata ductibus
Tenui lucernam palpitare lumine
Coëgit instans innitens crepusculum:
Ac myrosetis purpuraret culmina
Aurora primo conuenustans habitu
Surgens fenestras dissicaret lumine:
Adhuc iugata compararet pagina
Quocunque ducta longiorem circulum.
Nunc ergo mythos terminatur, infiunt
Artes libelli, qui sequentes afferent.
Nam fruge uera omne fictum dimouent:
Et disciplinas annotabunt sobrias
Pro parte multa, nec uetabunt ludicra.
Habes quid instet, si potestas cælitum
Faucentq; Musæ, ex Chelis Latoia.

Finis secundi libri Philologie.

Martiani

M A R T I A N I
CAPELLAE DE AR-
TE GRAMMATIC A

L I B E R III.



*Vrsum camoena paruo
Phaleras parat libello:
Et uult amica fictis
Commenta ferre primum:
Memorans frigente uero
Nil posse comere usum:*

*Vitio' que dat poete.
Infracta ferre certa:
Lasciuia dans lepori:
Et paginam uenustans
Multo illitam colore.
At quim prioris ille
Titulus monet libelli
Mythos ab ore pulsans:
Artesq; uera fantes
Volumnum sequentium
Precepta comparare.
Adhac iocante rictu:
Nil mentiamur inquit:
Et uestiantur artes.
Antu gregem fororum*

Nondum

Non dum dabis iugandis.
 Et sic petent notandis
 In cælitum senatum:
 Aut si tacere cultum
 Placet ordo quis probatur,
 Certè loquentur ille:
 Quicquid erat docendum
 Habitusq; consequentur
 Asomato in profatu.
 Hæc nempe ficta uox est,
 Et deuius promisi es:
 Cur ergo non fateris
 Ni figmimis figura
 Nil posse comparari?
 His me camœna uicit:
 Fugis, iugabo ludum.

Literarum
origo.

Ad mouerat igitur Latoides unam de priori loco
 Mercuralium ministrarum, etate quidem lon-
 gænam: sed comitate blandissimam, qua se in Memphis
 de ortam, Rege adhuc Osire memorabat, diu'que ob-
 testam latibulis ab ipso repertam, educatam'que Cylla-
 nio. Que foemina, licet in Attica ubi maiore ævi par-
 te floruerat, se assereret incedere palliatam, tamen ritu
 Romuleo, propter Latiale Numen, ex olim caput,
 propter'que Martiam gentem, Veneris'que propa-
 ginem, senatum deum ingressa est penulata. Gestau-
 bat hec autem teres quoddam ex compactis an-
 nexionibus ferculum, quod leui exterius Elephan-
 to prenitebat. Vnde uelut medendi sollers magistra, cu-
 randorum

randonum vulnerum insignia proferebat . Nam ex eodem scalprum primo uibranti demonstrabat acutum: quo dicebat circuncidi infantibus uilia posse liguarum. Dehinc quæ nigello quodam puluere, qui ex fauilla confectus, uel sepiu putaretur illato per canulas eadem resanari . Tunc etiam quoddam medicamen acerrimum, quod ex ferule flore, caprigeni que tergoris refectione consecerat, rubri admodum coloris exprompsit, quod monebat fauibus admouendum, cum indecta rusticitate uexatae, foetidos ructus uitiosi oris exhalant . Demonstrabat etiam quandam gratissimum gustum Vesperæ multo, olioq; laboratum. Quo depulsa uocis infatuissimæ diritate, canoros etiam fieri posse memorabat. Arterias etiam pectusq; cuiusdam medicaminis ad bibitione gargarizando purgabat. In quo ex cera fago illita, ex gallarum, gummeos' que commixtio, ex Nilotice fruticis collemmata notabantur . Que uis Epithematis licet memoriam, intentionemq; procuraret, tamen natura sui etiam uigilias inferebat. Protulit quoq; lima quandam artificialiter expolitam, qua octo partibus auratis, uelut diuersis hexionibus interstincta uibrabat, ex qua scabros dentes, utiliginesq; linguarum ex fordes, quas in Solo è quadam ciuitate contraxerant, leui sensim attritione purgabat. Hæc abstrusa nosce carmina, numerosq; multis fidos crebre supputationis opere putabatur. Denique quoties curandos acceperat, mos eius erat de nomine primo tractare . Casus etiam non tacebat, quanti uel uitia creare possent, uel prudentissime declinari. Tunc genera rerum, uerba etiam curandorum cum ratione captabat, ne ut fieri ab agrotantibus moris est.

ris est, nomen pro nomine commotarent. Tum uerbo-
rum Modos, Tempora, Figurasq; ex Schemata require-
bat. Iubebatque alios quis plenitudo obtusior, atque
immobilis torpor insederat; gradus percurrere, scan-
dere que quam plurimum operum, Praepositionibus,
aut Coniunctionibus, aut Participatis insistere, to-
taq; curandos arte fatigari. Hanc igitur fæminam, tali
multorum curatione callentem, cum deorum nonnulli
Iatricem, alij Genethliacem, diuersis rerum operibus esti-
marent, adderetur que fidei medendi sollertia, quod
eam opitulari posse oris uitij, nec Pallas denegaret,
nec ipse Maiugena. Incōsentaneum tamen uidebatur in-
cedere medicam penulatam. Iccirco que ab ea ex no-
men ex officium suum, ac totius expositio artis exqui-
ritur. Tunc illa, ut familiare habebat, exponere per-
cunctata, ac docere facile que ab eadem quæreban-
tur: penula à dextra cum modestia, uerecundiaque re-
uclata, sic coepit: γραμματική dicit in Græcia, quod
γραμμή linea, et γραμματε literæ nuncupetur. Mi-
hi que sit attributum literarum formas proprijs ducti-
bus lineare. Hinc que mihi Romulus literaturæ no-
men asscripsit, quamuis infantem me literationem uolue-
rit nuncupare, sicut apud Græcos γραμματική pri-
mitus uocitabatur. Tūc ex antiquitate dedit, ex sectatores
impuberis aggregauit. Ita que assertor nostri nunc li-
teratus dicitur, literator antea uocabatur. Hoe etiam
Catullus quidem non insuavis poëta commemorat, di-
cens: Munus dat tibi sylla literator. Idem apud Græcos
γραμματοδιδάσκαλος uocitatur.

Quid sit

Quid sit officium Grammaticæ.

Officium uero meum tunc fuerat, doctè scribere, legereq;. Nunc etiam illud accessit, ut meū fit crudite intelligere, probareq;. Quæ duo mihi uel cum philo sophis criticisq; uidentur esse communia. Ergo istorum quatuor, duo actiua dicenda sunt, duo spectatiua. Siquidem impendimus actionem, cum quid conscribimus, legimusue. Sequentium uero spectaculo detinemur, cum scripta intelligimus, aut probamus, ex lido inter se quadam cognitione coniuncta sint, sicut cæteris artibus comprobatur. Nam ex actor cognoscit primò, quæ ualeat actitare, ex astronomus quedam facit, ut per ea cognoscat, quæ debeat comprobare. Promittit etiam utrumque Geometres, quippe formas theorematum cum rationibus certis efficit, ex cognoscit.

Quot sint partes eius.

PArtes autem mee sunt quatuor: literæ, literatura, literatus, literatè. Literæ sunt quas doceo, Literatura ipsa, quæ doceo, Literatus, quem docuero, Literatè, quod peritè tractauerit, quem informo. Profiteor autem de orationis natura, ususq; tractare. Natura est ex quibus formetur oratio. Usus, cum eadem utimur, appellatur. His etiam materies admouetur, ut de qua re dicendū sit, existimemus. Oratio uero ipsa tribus gradibus eruditur, id est ex literis, syllabis ex uerbis.

De natura literarum.

Verum in literis gemina questio diuersatur. Namq; aut naturales sunt, aut effectæ. Natura enim insinuante,

nuante, earum nomina in loquendi substantiam procreat. Artificiola uero formatio, earum lineas quas scribimus, designauit. Ad hoc, ut presentes una, uti absentes alia potuisent. Atque ita ex hac parte, qua scribitur muta: ex illa qua legitur, uocales sunt appellatae. Siquidem haec aribus tantum, illa solis oculis ualeat comprehendendi. Literae igitur aliæ sunt, que per se efficere totum ualeant, aliæ que nihil.

Nam uocales, quas Graeci septem, Romulus sex, usus posterior quinq; commemorat, uelut Graeca reiecta. Haec tamen in Latio nunc produci, nunc contrahi, nunc acui, nunc graueri, uel etiam circumflecti: nunc aggregari, nunc distrahi sine iactura sui nominis posunt. Modo sole syllabas formant, nunc consonantes utrinque suscipiunt. Vocales que nonnullæ modo se inuicem mutant, nuper sibi cum decore succedunt: quippe A` plerunque in E` transuertitur. Nam capio cepi facit: nunc in I, ut salio, infilio: nunc in O`, ut plaustro, plostro: uel in V, ut arca, arcula. Item E` litera, in primum A` reformatur: ut sero, satum: uel in I, ut moneo, monitus: uel in O`, ut à tegendo, toga: uel in V, ut à tego, tugurium. Similiter I quoque uocalis, in A` conuertitur, ut siquis, siqua. In E`, ut fortis, forte. In O`, qui, quo. In V, ut ibi, ubi. Non aliter O` litera in A` transit, ut creo, creau: uel in E`, ut tutor, tutela: uel in I, ut uirgo, uirginis: uel in V, ut uolo, uolui. Item V simili ratione conuertitur in A`, ut magnus, magna: in E`, ut sydus, syderis: in I, ut telum, teli: in O`, ut lepus, poris. Sic igitur transformatae, nunc utrinque poterint copulari, nunc ex altero, nunc ex neutro, nunc aliquas partes orationis terminant, nuncq; nullas.

Quod

Quod uocales utrinq; ali-
quando copulantur.

Nam A' primum utrinq; que sibi associat V et I literas: nam et aurum dicimus et uarus, et Ianus et Ajax. Ex uno autem latere suscipit E', ut Aeneas. Ex neutro uero O'. Finit foemina nomina, ut dea: masculina, ut Iugurtha. Neutra in singulari numero tantum Greca, ut toreuma, peripetasma. In plurali autem Latina, ut monilia. In uerbis imperandi modi, ut canta, salta.

E' autem uocalis duarum Græcarum literarum uim possidet. Nam cum corripitur E', Græcum est, ut ab hoc hoste. Cum producitur ñ est, ut ab hac die. Ac maximè tunc circumflexum accentum tenet. Hæc duas uocales, id est, I et V ex latere utroque complectitur, ut in euro, uientano: et in eia, iecore. Finit uero neutra nomina, ut monile. Foemina etiam, sed Greca, ut Calliope. Pronomina, ut ille, iste. Neutrū etiam totius generis, ut quinq;, licet ἄπτοτοφ sit. Item E' uerba imperatiui modi, ut se de, curre. Modi infinitiui, scribere, scripsiisse.

I uero litera, cunctis utrinq; uocalibus sociatur. Nam A' complectitur, cum dicimus Ianuarie et Ajax. E' autem, ut teneat, docuerunt exempla superius demonstrata. O' autem literæ copulatur in nomine, Louis et Oinoe: Oifus etiam dicitur. Sic enim ueteres usum dixerent. V autem in iuuando, et uita: hec aliquando uocalis geminam syllabam facit. Finit que omnium generum nomen, ut frugi: numerum itidem omnium generum, ut uiginti. Item uerba modi indicatiui, ut noui, memini. Imperatiui, sali, ueni. Infiniti, iaculari, luctari.

e

O' uero

O' uerò litera, quibus uocalibus, qua uerò ex parte cohæreat, superius memoratū. Finit autem nomina masculina, ut Cato. Foeminina, ut Iuno. Numerum omnium generum, ut octo. Item uerba actiua, canto, laudo. Imperatiui tantummodo inuenitur, ut cedo. Aduerbi, ut subito. Præpositionem, ut pro.

V autem litera uocalibus omnibus utring; coit, praeter O' antelatum. Sola etiam V, sui generis literam non geminat, sed coniungit, ut uulgs, Vulcanus. Finit articulos, ut tu. Nomina neutra, ut cornu, genu: nullum autem uerbum claudit.

De Semiuocalibus.

HActenus de uocalibus. Nō enim uocales astruere, sed oēs literas sum iuſsa monstrare: uerum reliquas quæ sequuntur, consonantes eſe non dubium est. Quæ item discernuntur, in semiuocales & mutas: quarū ex ea rationem. Quippe F litera, quæ est semiuocalium prima, duas tantummodo consonantes prelata complectitur, L & R, ut dicimus flauus & frugi. Vocales uerò complectitur, ita ut I & V uocales sibi præferri prohibeat, nullum autem claudit finitiua sermonem. L uerò litera tripliciter sonat. Nam exilem sonum reddit, cum geminatur, ut sollers, Sallustius. Medium autem cum terminat nomina, ut sol, sal. Item leniter sonat, cum uocales anteuuenit, ut lapis, lepus, liber, locus, lucerna. Plenum uerò sonum habet, cū ei præfertur literæ P' G C F, ut in Plauto, glebis, Claudio, flauo. L autem nunquam ulli semiuocali, uel muta præponitur, quæ pro D in præpositione accipitur, cum & A' prefertur, ut allidit, alligat. Hæc autem prelata præpositione seruat, ut illepidus,

illepidus, illotus. Vtrinq; autem uocales amplectitur, ex nomina nonnulla determinat. In masculino Sol, in foemino Tanaquil: in neutro A E I præcedentibus, ut bi-dental, mel, sil. Aduerbia etiam claudit, ut semel. M uero litera tam in sermonis initio, quam in medio esse, ex in ultimis potest, ut mores, umbra, triticum. Ex consonâ tibus sola M præcedit N, ut Memnon. Subsequitur solam S, ut Smynthus. Mutaturq; in N nonnunquam, ut cum dicimus nunquis. Terminatq; neutra, ut aurum ex argétum. Item Monoptota, ut nequam. In genere masculino accusatiuum simplicem, ex duplîcem genitiuum. Item participia ex uerba, ex aduerbia, ut tractum, legam cursim. Numerum etiam omnium generum, ut novem, decem. N autem litera plenior apparet in primis, ex ultimis, ut Nestor, tibicen. In medijs exilior, ut mane, damnū. Ex cōsonantibus sequitur M literā, ut Memnon. S autem præcedit, ut fons, mons. Conuertitur etiā in M, cum eam sequuntur, B P M, ut dicimus, imbuit, impulit, imminet. Eadem nomina terminat: masculinum, ut Tibicen. Foemininum Græcum, ut Syren. Neutrū, ut culmen. R uero uocales utrinq; complectitur. De cōsonantibus S soli præponitur, ut fors, fors, ex X duplīcē nonnunquam, ut arx. Cōuertitur in L N ex S, ut niger nigellus, femen, feminis, gero, gessi. Finit nomina masculina post omnes uocales, ut par, pater, uir, nitor, fur. Foemina post E ex O, ut mulier, soror. Neutra post oēs præter I, ut calcar, piper, marmor, sulphur. Finit uerba ex aduerbia, ut uenor, uador. S nonnulli literam non putat uerūt: uam Messalla quēdā sibilū dixit, quæ tamen utrinq; pliter copulatur, ut spado, psitacus, ex C Q T sequentes,

quætes, amplectitur, ut scaurus, squama, stella. In plures etiam transitum facit, ut in L. Dicimus enim modus, modulus: in N, sanguis, nis: in R, flos, floris: in D, custos, custodis: in T, nepos, tis. Terminat etiā masculina et fœminina post omnes uocales, Neutra post A O V, ut uas, os, nemus. Huic literæ Diuus Claudius, P adiecit, aut C propter ↓ et χ Græcas, psalterium, sacra.

Xautem nemo literam putat, quoniam duplex est. Constat enim ex C et S, ut rex, regis: aut ex C et S: ut nux, nucis. In V aliquando trans fertur, ut nix, niuis: et C. ut pix, picis, et in T, ut nox, noctis. Hæc in Latinis nū quam ponitur prima: apud Græcos autem ponitur, ut in Xantho. Et masculino et fœminino omnibus uocabilibus sociatur, ut Ajax, frutex, calix, uelox, pollux, et fœminino. fax, lex, lodix, uelox, lux: neutrum nullum claudit.

De Mutis.

TRansactis semiuocalibus, mutæ sunt perquirendæ: que ideo hoc nomine nuncupantur, quoniam nisi illis uocales associate succurrerint, intra oris sonitum ante auspicia moriuntur. B prima, omnibus uocabilibus utrinque connectitur: prefertur consonantibus L et R, ut blesus, et breuis. Træfit in C, ut succurrit: in F, sufficit: in M, ut summittit: in P, ut supponit: in S, ut substulit. Finit nihil, nisi tres præpositiones, ab, ob, sub. C uocales utriq; collaterat, consonantes quasdam præcedit L T R M N, ut clarus, tectum, crus, acmon, Cnidus. Finit articulos, quos pronomina uocant, hic, hæc, hoc. Et aduerbia, ut sic, huc, hic. Sola mutarum antecedentem uocalem producit, et pro dupli habetur,

tur, ut hic, hæc, hoc. D utrinq; uocales tenet. Præponit
natur R literæ in Druso: M literæ nunquām præfer-
tur in Latinis: in Græcis autem aliquando. ut Dmolus.
Sic & N, ut Ariadne. Transit in C, ut accidit: in G,
ut aggerat: in L, ut alligat: in P, ut apponit: in R, ut
arripit: in S, ut aspidet: in T ut attinet. Finit articulos
neutralis generis, ut illud, istud: & prepositionem, ut
apud. G omnibus uocalibus præfertur, sequitur A lite-
ram, ut in aggere, que quoties geminatur, adiungitur.
Præfertur R literæ, ut graue: L, ut gladius: N, ut ignis.
In C quoq; conuertitur, ut rego, rector. Nihil quoq;
concludit. H, aspirationis notam esse certissimum
est, que quādo uocalibus accidit, ut hospes, hæres, transit
in X, ut traho, traxi. Hanc Græci diuiserunt. Nam
pars eius dexterior aspirationis nota est, sinistra con-
trariæ significationis. K uero nunc nota putatur esse,
nunc litera, nam eius effectus C integrare non dubium
est absq; his, kapita, kalenda, kalumnia. P autem
conuenit utrinque uocalibus, R literæ præponitur, ut
prandere: L, ut placet: Ptholomæus: S, psitacus: N, ut
in lypnis. Terminat uero nihil. Q quidam literam
non putabant, & uincerent, nisi in equo & equitatu
appareret expresse. Hec nunquām sine duabus uocali-
bus ponitur, quarum prior erit V, & sic cæteræ conse-
quenter, ut quartus, quintus, quirites, quotus, equus. Con-
stat autem ex C & V, ideoq; duplex & composita dici-
tur, nec geminatur. Nullam singularem literam compre-
hendit, finit nihil. T uocales ex utroq; cōcludit, in cōun-
ctionibus & præpositionibus præcedit: L in Tlepolemo:
M in Tmolo: N, in potnia, R, in Troia. Finit neutra, ca-

put. sinciput. Laet. Articulos terminat, ut quot, tot. Verba, ut legunt. Aduerbium & interiectionem, ut at at. Z à Græcis uenit, licet etiam ipsi primo C Græca utebantur: nam cetum dicebant, quem nunc zetum dicunt: tamen hæc gemima ab ipsis etiam habetur. Nam A T & C componitur: quam, ut aduertas duplicum, nunquam poterit geminari. Hæc præponitur M literæ, ut Zmirna. Ex his igitur uniuersis decem & octo literæ necessitatem cunctæ conscriptionis absoluunt. Placet enim mihi, Y in uocalium numerum congregari. Neq; sine hoc hia- cynthus, aut Cyllenius poterit annotari. Sic igitur erit, ut senæ siant uocales. Semiuocales & mutæ duodecim. H enim aspirationi dabitur: superuacueq; erunt Q & K. X autem ut duplex sine elementi cardine non probatur. Z uero à Latinis excluditur, decem & octo numero, sicut dictum est, supersidunt. Quæ tamen cum superuacuis, reiectisq; cunctis ex unius uocis sonitu conformatae, diuersas naturalis harmoniæ causas sub oris concinentia reppererunt.

De formatione literarum.

N Anq; A sub hiatu oris congruo solo spiritu membramus.

B labris per spiritus impetum reclusis edicimus.

C super molaribus linguae extrema appulsis exprimitur.

D appulu linguae circa superiores dentes innascitur.

E spiritus facit lingua paululum pressiore.

F dentes labrum inferius deprimentes lingua, palatoq; dulcescit.

G spiritus cum palato.

H contractus

H contractis paulum faucibus uentus exhalat.

I spiritus propè dentibus pressis.

K faucibus, palatoq; formatur.

L lingua palatoq; dulcescit.

M labris imprimitur.

N lingua dentibus appulsa collidit.

O rotundi oris spiritu comparatur.

P labris spiritus erumpit.

Q appulsi palati ore resticto.

R spiritum lingua crispante corruditur.

Sibilum facit dentibus uerberatis.

T appulsi linguae dentibus impulsis excuditur.

V ore constricto labrisq; promulis exhibetur.

X quicquid C & S formauit exibilat.

Y appressis labris spirituq; procedit.

Z uero iccirco Appius Clav. detestatur, quod dentes
mortui dum exprimitur, imitatur.

Præstricta est cursus rationis regula prima:

Quæ multis tendi sueta uoluminibus.

In qua iuncturis quid necat littera utrisque:

Quo admittat sociam, uel faciat latere.

Quæ quo transiliat conuersis legibus usu:

Et transformatum nomen habere uelit.

Quas oris sonitus, uel quas modulatio lingue

Gignant, et pulsu rupta labella suo.

Nunc iam compactis cursanda est syllaba formis:

Vt fastigetur longa, breuisq; siuat.

Hec duo percurram, iuncturas littera quippe

Præueniens docuit sub ratione pari.

Hoc igitur subdens nectendum concipit ordo.

Si uestrum superi comprobat arbitrium.

Hec cum Grammatice diceret, eamque progreedi Iupiter, Deliusque præciperent, hic Pallas de iunctura syllabarum inquit: dum hæc literatura deproperat partem historicam pretermisit. Quo uirginis obiectu perterrita, scio inquit, mihi plurima transeunda, ne minutiora nectendo, fastidium supere beatitatis incurram. Proposito meo igitur per compendiosos calles festina perfugare, ne densis obumbris ramalibus, uelut senticosæ co-piae densitate syluescam.

De iunctura syllabarum.

Syllaba igitur dicta est, quod iunctis literis sonitum simul accipientibus informetur. Cuius (ut dixi) tres partes esse non dubium est, de iunctura, de fastigio, aut de longitudinibus. Iuncturæ sunt genera quatuor, duo naturalia, duo historica. Naturalia sunt, cum queritur una queque syllaba, utrum ex una angemina, an neutra parte iungatur. Et utrum literæ, que inter se copulari non possunt, adiecta alia litera sociantur, ut M et N, dum non coëant, uocali antecedente sociantur, ut in amni et somno: que iuncturarū genera ex hoc quod in literis memorata sunt, transeant. Historica uero illa coniunctio est, cum ex literis, que inter se poterunt copulari, diuersitas fandi non easdem, nec pares numeros faciat. Scribimus nos enim Musarum primam syllabam, duabus literis: Graeci tribus. Lucilius in datiuo casu A et E, coniungit, dicens Huic Terentie Orbiliae: Lucinius A et I: et Lucretius crebro: et noster Maro Auslai,

*lai, pictai. Item duæ iuncture sunt, cum sociamus syllas
bas propter pedem uel uersum, ut duæ in unam repente
depereant, ut in Synaliphe: uel cum literæ excluduntur è
uerbo, ut in Eclipsi.*

De Fastigio.

Hactenus de iuncturis, nunc de fastigio uideamus,
qui locus apud Gracos πόδε προσωδίου appella-
tur. Hic in tria discernitur. Vnaquæq; enim syllaba aut
gravis est, aut acuta, aut circunflexa: ex ut nulla uox si-
ue uocali est, ita sine accentu nulla. Et est accentus ut quia-
dam putauerunt, anima uocis, ex sceminarium Musices:
quod omnis modulatio ex fastigijs uocum, grauitate que
componitur: ideoq; accentus quasi accentus dictus est.
Omnis igitur uox Latina simplex siue composita, habet
unum sonum, aut acutum, aut circunflexum: duos au-
tem acutos, aut inflexos habere nunquam potest, gravis
uerò sepe acutum habet in prima syllaba. Si dicas Caé-
lius: in secunda Sallustius, in tertia Curiatius inflexum:
item in prima, si dicas coélum: syllaba autē penultima
nunquam acuitur, natura ipsa, sed precedens eius, id est,
ab ultima tertia, siue breuis, siue longa sit, ut Cicero, Caé-
lius. Flexus autem sonus in ea tantummodo syllaba con-
sistit, que precedit ultimam, nec aliter quam ut ipsa na-
tura longa sit, ex ultima tantum breuis, ut Galenus. Aut
si ultima longa, aut si penultima natura uel positione lo-
ga, licet ultima breuis, acutus tamen sonus fiet, ut
Galeni, Camilli. Inflexi proprium est hoc, ut nisi lon-
gis natura syllabis non adhæreat. Acutus autem ex
inlogis, ex in breuibus inuenitur. Omnis autem uox, aut

e s acutum.

acutum, aut circumflexum sonū habeat, necesse est, etiam si monosyllaba sit. Monosyllabæ enim graui carent. Omnis uox monosyllaba, cum aliquid significat, siue breuis est, siue positione longa, acuetur, ut dicimus fár, árs. Si autem natura longa, flectetur, ut lúx, mós. Disyllabæ uerò priorē cuunt, uel breuis est utraque, ut citūs. Vel cum positione longa est utraque, ut sōllērs. Vel altera positione longa, ut cohōrs. Si uerò prior syllaba natura longa est, et sequens breuis, flectetur prior, ut lūna. Si posterior longa erit positione, uel natura, prior acuetur, ut cōdēx, dōctē. Nulla enim longa inuenietur grauiis in disyllaba, prior in trisyllabis si media breuis fuerint: quam penultimam dicimus, nō dubiè graui accentu pronunciatur, ac statim prima eius, hoc est tertia ab ultimæ acuetur, ut in Cátulo. Si uerò eadem longa est, interest quemadmodum sit longa. Si enim natura longa est, breuis que ultima, media flectitur, ut Cethēgus, Mancinus. Si uerò media longa erit natura, et extrema longa, media acuetur, ut Catóni, Ciceróni. Vel si positione longa erit, media acuta durabit, qualiscunq; nouissima fuerit, ut Catullus, Catullo, Metellus, Metello. Pronomina autem duplice declinātur, id est, aut corripiuntur, aut producuntur, mediæ syllabam in genitivo casu acuunt, ipsius, illius. Horum si secundæ breues fiant, primæ acute erunt, ut ipsius, illius. Si uerò longæ erunt, mediae primæ graues, secundæ inflexæ erunt, ut occidit sol, et occidit hominem. Ergo primæ acutæ sunt, cum mediae breues. Cum uerò mediae longæ uel acute, uel inflexæ, aut acute, cum longæ ultime, ut tenèbra, latèbra, manipli. Hec à superioribus

Superioribus quæ sunt alia, ut Cátullus, Sallústius, hoc differunt, quòd illa consonantes discretas habent: hæc quāmuis et ipsam penultimā positione habent longam, nullā tamen in secunda syllaba ex consonantibus sibi re- timent, sed in tertia sunt duæ. Ideo que factum est, ut mea dia hæc nomina, tenebras et latebras, acuto accentu pri- ma syllaba proferret, ac maniplos et fenestras penulti- ma syllaba acuta diceretur: quod quidā illud genus syla- labæ penultimæ omnino breue putauerunt, quia non ter- minaretur consonante. Quodam quia licet non terminata retur consonante, proxima syllaba inciperet. à duabus consonantibus, et quòd natura literarum L et R mollis est, nunc longam, nunc breuem syllabam efficiat. Nulla autem uox Romana duarum uel plurium syllabarū acu- to sono terminatur. Inflexum autem non, aliás postre- mun habet, nisi cuius posterior pars in syllabam natura longam excurrat, ut ergo et ponè. Contextus orationis plerunque adimit his, aut mutat proprios sonos, singulis uocibus adimit his, quæ referuntur ad aliquid sequens, ut præpositionibus, ante urbem. Nam hic ante perdidit acutum sonum prioris syllabæ. Item post mutas mutant accentus adiunctis uocibus, que, ue, ne: cum tamen com- plexua coniunctione, que, ue: cum expletiva, ut: La- tiumque augescere uultis, et Stimulóue meum cor, apud Actium in Pelopidis. Nunquam migrabit acutus sonus de primis syllabis in postremas, præter particu- las coniunctas; quarum hoc proprium est acuere partes extremas uocum, quibus adiunguntur. Græca nomina cum in Latinum uertuntur, nostra regula pronun- ciantur, nisi maneant Græca. Olympus igitur et Cau- casus,

casus, sicut Latina proferuntur: quam acuere uel flectere debeant secundum rationem suprascriptam apparet. Sed si manent Græca, et huic regulæ in peregrinis uocibus accedimus, necesse est tamen in obliquis casibus acutos sonos in medijs syllabis seruent, quoniam apud Græcos quoq; non alio accentu hæc enunciari audimus. *Acutus accentus notatur uirgula sinistra parte in dextram ascendentē.* Grauis autem sinistra ad dextram descendēs. Inflexi signum est sigma super ipsas literas deuenit. Accentus partim fastigia uocamus, quod literarum capitibus apponantur: partim cacumina, tonos uel sonos, Græcè προσῳδίας. Sciendum etiam uni uocabulo accedere omnes tres accentus posse, ut est Argiletū.

De natura syllabarum.

MEmoratū arbitror cōpetenter quæ sint, et quæ admodū uertantur fastigia syllabarū. Nunc earū longitudines intimabo. Unaquæq; syllaba aut brevis est, aut longa, aut communis. Brevis est, cum uocalis corruptitur, ac nullis consequentibus adiuuatur: aut cum correpta forma, uel litera terminatur. Longa autem, duobus modis efficitur. Natura et Positione. Natura, cum uocalis producitur, aut cum syllaba circumflexum accentum tenet, uel acutū in penultima: aut cum monosyllaba una quæq; uocalis est, aut tum diphthongo reperitur. Vel cum prima syllaba sub alia forma cuiuscunq; uerbi composita, nec uocalem, nec acumen mutat. Positione, cum breuem uocalem aut due consonantes sequuntur, siue in eadem syllaba, siue in sequenti, siue in ambas diuisæ, aut in altera syllaba tria duplex una. Duplices autem sunt X

Sunt X et Z: aliquando I et C fieri possunt duplices, ut si inter uocales sit, ut aio, Troia. Item C, ut: Hoc erat Literæ duæ alma parens, Hæ autem consonantium uel duplicium, plices. que breues adiuuant formæ, tunc possunt, si in eodem sermone claudantur. Ceterum proximi sermonis consonantes, nihil adiuuant precedentem: licet Vergilius refragetur dicens. Arma uirumq; cano Troiae. Et item, Fon tesq; fluiosq; uoco. Diphthongi autem sunt, Ae, Oe. Diphthögi. Eu, Au, Ei. Absq; his syllabis, nulla diphthongus memoratur.

De communib; syllabis.

Communium autem syllabarum modi sunt octo. Nam primus est, cum correptam uocalem sequitur subiecta cōsonantibus liquida, est enim longa, ut: Vasto Cyclopis in antro. Breuis, ut Vastos' que ab rupe Cyclopas. Secundus modus cum correpta uocalis in unam desinit consonantem sequente N, est enim longa, ut: Terga fatigamus hasta. Breuis: Quisquis honos tumuli. Tertius, cum correptam uocalem due consonantes sequuntur, quarum prima S litera sit, est enim longa, unde: spissa coma: Breuis: Ponite spes sibi quisq; suas. Quartus locus, cum breuis syllaba partem terminat orationis: est enim longa in commate, ut est. Nam tibi Tymbre caput Euandrius. Breuis: Hoc caput ô ciues. Item alter locus ex diphthongo fit communis: longa, ut: Muse Aonides. Breuis. Insulæ Ionib; in magno. Cum uocalis enim sequitur, potest diphthongus fieri breuis, ut: Sudibusue præfusis. Alius locus, cum longam uocalem, alia uocalis sequitur, est enim longa. O ego infelix, quem fugis. Breuis,

Brevis, sub illo alto. Alius locus, cum pronomē C litera terminatur uocali sequente, est enim longa: Hoc erat alia parens. Brevis: Solus hic inflexit sensus. Alius locus, cum correptam uocalem sequitur Z. est enim longa, ut Mezentii ducis exuicias. Brevis, Nemorosa Zacinthos. Dicta natura in tribus generibus syllabarum, supereft ut finales dicantur, in quibus artis auctoritas & canonica forma conficit, ac prius de nomine retrastandum.

De Nominе.

Nominatiuus casus singularis A litera terminatus, brevis est, ut cantilena, Iulia. E litera finitus, in Nominatiuus, Græcis, longus est, ut Euterpe. I autem terminatus, longus est, ut frugi. O finitus in Græcis, longus est, ut Dido. V terminatus, longus, ut cornu. Al finitus, brevis, ut tribunal. El, brevis, ut mel. Il, brevis, ut uigil, excepto uno hetrusco, Tanaquil. Ol, longa est, ut Sol. Vl brevis, ut consul. M terminatus, brevis, ut tectum: Icet huius raro currat exemplum, quia inter uocales M deprehensum, uelut Metacismi asperitate subtrahitur. An finitus, producitur, ut Titan. En in neutrīs, brevis est, ut carmen: in alijs generibus, longus est, Lien, Siren. On terminatus, longus est, ut Memnon. Ar terminatus in monosyllabis tantum longus est, ut nar, far. Er finitus in Latinis, brevis est, ut puer, excepto monosyllabo, uer: in Græcis, producitur, ut aēr. Ir terminatus, corripitur, ut uit. Or terminatus, brevis est, ut auctor. Vr terminatus, corripitur, ut murmur, excepto uno monosyllabo, fur. As finitus in Latinis nominibus, pducitur, ut facultas, paupertas. In Græcis tūc tantum

tantum brevis est, cum genitiuus dos fuerit terminatus,
 ut Archas, dos. Es terminatus in Græcis nominibus, bre-
 uis est, ut Anchises: in Latinis si quinta declinatiois fue-
 rit, producitur, ut dies. Si tertia, tunc longus est: cum ge-
 nitiuus singularis non crescit syllaba, ut labes: uel cre-
 scens E` productam ante ultimam syllabam retinet, ut
 quies, quietis: nam si eam in T mutauerit, ut miles, milia-
 tis, aut corripuerit, ut seges, segetis, corripitur, exceptis
 his Ceres, pes, atque in similibus. Is finitus brevis est, ut
 agilis. Os terminatus tunc est in Latinis ~~brevis~~, cum geni-
 tiuus ante ultimam syllabam non habet naturaliter lon-
 gam, ut os, obsis. In Græcis tūc corripitur, cum genitiuus
 diphth ngo terminatur, ut δῦλος τοῦ δῆλον. Vs fini-
 tus, brevis est, ut doctus. Sed longus fit, si genitiuus syl-
 laba creuerit, et ante ultimam I aut V productam ha-
 buerit, ut uirtus: et in uno inflexibili, ut pus. T termina-
 natus, corripitur, ut caput. C finitus duo tantum nomina
 facit, ut alec, quod producitur, et lac, de cuius declina-
 tione dubitatur. Genitiuus singularis tunc producitur,
 cum aut nominatiuo similis est, ut senatus: aut diphthon-
 gum habet, ut Iuliae, aut I terminatur, ut docti: in cæte-
 ris corripitur. Datius singularis producitur, ut Pom-
 peio. In Græcis, corripitur, si I litera finiatur, ut Pal-
 ladi. Accusatiuus singularis in Græcis tunc tantum cor-
 ripitur, cum A` uel O terminatur, ut Thesea, Delon: in
 Latinis uero, brevis est, ut doctum. Vocatiuus singu-
 laris A` litera terminatus, in Latinis omib; uel in
 Græcis foeminiinis corripitur, ut tabula, musa: in mas-
 lis, longus est, ut Aenea. E` terminatus in Latinis brevis
 est, ut docte: in Græcis producitur, ut Titide: exceptis
Genitiuus,
Datius,
Accusatiuus,
Vocatiuus,
his.

bis, que nominatiuus Græcus os terminat, ut Phœbos phœbe. I terminatus in Latinis longus est, ut Mercuri: in Græcis corripitur, ut Nai. O` terminatus in Latinis, breuis est, ut Cato: licet Virg. contra sentiat: in Græcis, producitur, ut Dido. V terminatus, producitur, ut cornu. In consonantes uero desinens, nominatiui sequitur regulam, exceptis Græcis nominibus, quæ ſæpe mutantur uarietate linguarum, ut Diomedes. Ablatiuus singularis ſempre producitur, abſque cum E` terminatur, in his duntaxat nominibus, quæ tertie fuerint declinationis, ut pariete. Nominatiuus ex Vocatiuus plurales in masculino ex fœminino genere, producuntur, ut fluctus, terra. In neutrīs breues ſunt, ut fata. In Græcis uero, cum A` uel S terminati fuerint, ut rhetores, poëmata. In alijs uero longi ſunt, ut muſæ. Genitiuus pluralis breuis est, ut doctorum: in Græcis longus, ſed Græca declinatione, ut Philemon. Datiuus pluralis ex Ablatiuus, ſi is fuerint terminati, producuntur, ut doctis. Si bus, corripiuntur, ut hominibus. At ſi Græca ſit declinatio, In terminatus datiuus, corripitur, ut arcafīn, aliās longus est. Accusatiuus pluralis in omnibus masculinis uel fœmininis producitur, ut doctos, Iulias: in neutrīs corripitur, ut mœnia. In Græcis uero ſi as fuerit terminatus, ex uenit à genitiuo os finito, corripitur, ut Archadas, aliās producitur, ut muſas.

De Pronomine.

IN omnibus pronominibus singularis nominatiuus receptus inuenitur, exceptis duobus monosyllabis, tu ex qui. Genitiuus singularis I uel E` prolatus, longus est, ut *mei*,

mei, meæ. Aliás breuis est, ut illius. Datius singularis semper productus est, ut nostro: exceptis mihi, tibi, sibi, quæ indifferenter accipiuntur. Accusatiuus singularis, corripitur, ut illum, exceptis me, te, se. Vocatiuus singularis à nominatiuo suo non dissentit. Ablatiuus singularis longus est, ut ab illo. Nominatiuus & Accusatiuus plurales tunc tantum corripiuntur, cum A` fuerint terminati, ut nostra. Genitiuus pluralis nunquam producitur, ut illorum. Datius & Ablatiuus plurales is terminati, producuntur. Bus finiti, corripiuntur.

De uerbo.

IN omnibus uerbis, Modis, Temporibus, Numeris, Personis, Coniugationibus, hæc uniformis est ratio. Quæ cunque persona A` fuerit terminata, producitur, ut can- ta. E` finita breuis est, ut lege, nisi à secunda coniugatione ueniat, ut doce, tunc enim longa est. I terminata persona semper producitur, ut nutri. O` quæ finitur, correpta est, ut audio: licet auctoritas & in his discrepet. Nā pri- mæ coniugationis primam personam Virgilius longam facit, ut Canto quæ solitus, &: Terra tibi mando. Tamen monosyllaba etiam producenda sunt, ut do, sto, flo. V terminata persona, producitur.

Am quæ finitur breuis est, ut legebam. Or finita, corripitur, ut legor. S litera terminata uerba producuntur. Si penultima litera A` uel E` fuerit, ut amas, doces, excepto monosyllaba, es, is: & quæ ex eo fiunt, ut ades. Si uero I ante S habuerit, corripitur, ut legis, legitis, ex- cepta secunda persona indicatiui modi, temporis praesens, numeri singularis, à quarta coniugatione, producta,

f ut

ut nutris, audis. Et à uerbo uolo, uis.

Si uero Vante S habuerit, correpta erit, ut nutrimus. T litera terminata correpta sunt, ut legit. C finita producuntur, ut produc. Participia licet per casus flectantur, à nominibus tamen omni ratione dissentiantur.

De Aduerbio.

ADuerbia monosyllaba, ut hic, uel quæ ex his fiūt, ut illuc, omnia producentur, exceptis bis, ter. Quæ uero A' finiantur, longa sunt, ut una. Quæ in E' definūt, producuntur, ut doctè, pulchrè: exceptis quæ aut nō comparantur, ut ritè: aut in comparatione deficiūt, ut bene, impunè. Quæ I finiuntur, longa sunt, ut heri, præter ibi et ubi: et que componuntur ex ipsis, ut sicubi. Itē quasi corripitur. Quæ O' finiuntur, à se uenientia brcuia sunt, ab alijs ducta producuntur, ut falsò: licet auctoritas uariet. Quæ V finiuntur, longa sunt, ut noctu. Quæ L terminantur, corripi debent, ut semel. Quæ M, N, R, finiuntur, breuia sunt, ut cursim, forsitan, fortiter. Quæ S terminantur, tunc tantum producta sunt, cum ante eam A' habuerint. Quæ C finiuntur, producta sunt, ut illuc.

De Participio.

OMNIMUM participiorum temporis futuri Nominalius singularis, breuis est, ut lecturus. Genitiuus et datiuus singularis producuntur, ut lecturi, lecturo: excepto praesentis temporis Participio, quod genitium corripit, ut amantis. Accusatuum et uocatuum breues esse constat, ut lecturum, lecture. Ablatiuus singularis tantum corripitur, ut amante, legente.

te, legēte. Nominatiūus et accusatiūus plurales, ex mafculini et fœminimi generis participijs, producuntur: ut lecturi, lecturos. In neutrīs corripiuntur, ut lectura. Genitiūus pluralis breuis est, ut lectorum. Datius et ablatius pluralis, is terminati, producti sunt. Bus finiti breuiantur.

De coniunctione.

*C*opulatiūe et disjunctiūe, et expletiviūe coniunctiones breues sunt, nisi positio fecerit longas, De causalibus uero et rationalibus, que A terminantur: exceptis ita et quia, productae sunt, ut propterea, et interea. Que I terminantur excepta una, nisi, producuntur, ut si. Que in N d̄finunt, si ante eam I habuerint, producuntur, ut si: aliis breues sunt. Ceteras uero omnes correptas esse constat.

De Präpositione.

*P*Repositiones que in A exeunt, sole productione letantur, ut contra, et extra, et una monosyllaba. Ablatiūe præpositiones omnes corripiuntur: exceptis monosyllabis, que uel ex uocalibus constant, uel uocibus terminantur, ut ē: et de utriusq; casus præpositiones correptas esse non dubium est.

De Interiectione.

*I*nteriectiones longae sunt, si monosyllabe fuerint, ut heus. Si uero dissyllabe, uel trisyllabe erunt, quoniam speciem retinent partium orationis, exemplo earum, quarum similes erunt, iudicandae sunt, ut pape. Hac ita ut dixi per omnes partes orationis in ultimis

f = syllabis

syllabis obseruanda sunt, exceptis positione ex di-phthongis.

Expleta cursim syllabarum pagina est.

*Iuganda demum uerba, nam probabilis
Hic ordo rebus quiq; disgregabitur
In bina demum prima nam proportio
Dicenda est, Grai Analogiam quam uocant:
Ac mox repulsa, que nouantur regula
Vulgo docti queq; Anomala nominant.
Bis quarta fandi quis paratur portio:
Vel uulneratur doctus oris integer.
Quantumq; solo inditum libellulo,
Poteſt probare ſerium fastidium.*

De Analogia.

Analogia est igitur, que Latine proportio diciatur, obſeruatio ſimilium inter ſe loquularum. Nam primum, omnia nomina Latina duodecim literis terminantur: uocalibus quinq; et ſemiuocalibus ſex, atque una muta: T, ut caput. A igitur uocalium prima, terminat masculina, ut Catilina, Iugurtha: foemina, ut aduena. Foemina etiam Graeca, ut Helena, Andromacha. Pronomina quoq; ut altera ſola illa. Quibus ſi detrahas A et L, et V ſadas, genituum ſingularem feceris, ut dicimus alterius, ſoliuſ, illius. Si uero I, datiuum, ut alteri, ſoli. Illa uero que ſunt Greca neutra, ut poēma, toreuma, tres caſus in utroq; numero ſimiles habent. In genitiuo ſingulari Tis affumunt: in datiuo S amittunt: et in E correptam ablatiuum finiunt, atq; in plurali datiuo et ablatiuo, genitiui ſingularis formam ſeruant, licet

licet ex his possunt assumere.

E correpta nomina cerninata, quæ Latina sunt, neutra sunt, ut monile, sedile. Hæc præter casus, quos similes habent, datiuum ex ablativum confundunt, ut huic, ex ab hoc monili, sedili: quoniam ablatius si in E. exierit, quatuor casus similes faciet, quod neutrorum nominum declinatio non admittit. Nam quæ E producta in nominatio finiuntur, Græca sunt generis fœminini, ut Agaue, Autonoë Græcorum more sunt declinanda, ut nominatus, datius, uocatius ex ablatius pares sint: Genitius S, accusatus N finiantur. Quæ autem nomina E in A conuertunt, ut Andromache, Andromacha, sic declinantur, ut Latina in A exeuntia.

I litera terminata Latina nomina, totius generis sunt, ac monoptota, ut frugi, nihil. Gummi autem ex sinapi peregrina sunt, neutri generis, ex tantum numeri singularis, sed casus eadem modo decurrunt: excepto genitio, qui S recipit, ut sinapis, gummis: quamvis recte dicatur, hæc gummis.

O litera nullum nomen in e neutro finitur: nam aut masculina sunt, ut Cicero: aut fœminina, ut Iuno, hirundo: aut utriq; generi communia, ut homo, quorum declinationes in duas species exerūt: nam aut O literam in obliquis casibus retinent, ut unio, unionis: aut in I mutant, ut cupido inis, crepido, dinis: utraq; autem syllaba crescunt in obliquis casibus, præter uocatiuum singularem. Caro autem præter hanc Analogiam, ut declinetur, consuetudo obtinuit. Item anio, ex quæ in sua declinatione unica sunt, ex sine exemplis similium declinatur. Faciūt enim huius carnis, anienis. Duo ex ambo cū f s sint

sint semper pluralia, non sunt annumeranda his, quæ sua
pra dixi, sua inconsuetudine declinantur. Græca nomina
quæ O litera finiuntur, ea quæ à prima positione in no-
stram formam transferunt: ut leo, draco sic declinantur,
ut Cicero, Milo. Ea uero quæ primam sui positionem in-
tegram seruant, ut Io, Ino Græco more declinantur, ut
faciant in genitivo Ios, Inos: accusativo Ion, Inon, et ce-
teris casibus similiter, quamquam consuetudo hanc Io di-
cat. Turbo, si nomine est proprium, ut Cicero declinatur.
Si autem uim uenti significat, aut puerilis ludi instrumen-
tum, ut cupido declinatur.

V litera tantum neutra finiuntur ut cornu, ueru,
quod in plurali facit uerua. Apud ueteres etiam specua
dicebantur. Horum nominum plurales declinationes ca-
rent dubitatione. Nam tres casus, ut in nominibus neutrī
similes sunt. Item datiuus et ablatiuus in bus syllabam
exeunt. Datiuus et ablatiuus singulares in genitivo plu-
rali Vm syllabam iungunt. Queritur autem de genitivo
singulari quem alij in Vs, alij in V literam egerūt. Nec
non datiuo, quem alij in I agunt, ut genui, cornui. Qui-
dam ueteres secuti ablatiuo similem faciunt, huic genu,
cornu: quoniā pluraliter, genibus et cornibus, amissi, qd;
ultima syllaba relinquitur. Datiuus singularis, sicut fit
in ciuibus, et suauibus. Et quoniam genibus et corni-
bus dicimus, I litera in locum V transit: sicut et optimū
et maximum item dicimū, cum optimus et ma-
ximus diceretur. Sed aliqui sunt, qui genitivo casui, ge-
nuus et cornuus dieant, sed non debet genitiuus plures
hacere syllabas, quam datiuus et ablatiuus. Quamnis
ergo dissimilia sint, senatus et exercitus, tamen sic ge-
nus, et

*nus, ex cornus in genitio dicendum est, quemadmodum
senatus, ex exercitus. Preterea quaecunque nomina uel
participia genitio singulari in ls exeunt, datiuo plurali
syllaba crescunt, ut Catonis, Catonibus: secundum quam
rationem si esset genuus, genuibus fecisset, et syllaba cre-
sceret.*

*L litera finita nomina, duplarem formam habent. Pri-
ma est, in qua masculina sunt, ut Hannibal, Hasdrubal:
neque alia ferè propria quam punica: excepto Solis nomi-
ne. Item foemina, ut Tanaquil, nomen Hetruscum. Et
communia, ut uigil, pugil: que omnia easdem declinatio-
nes habent. Altera species neutrorū, ut mel, fel, que hoc
differunt à superiori declinatione, quia cum monosylla-
ba sint, L literam per obliquos casus gerinant. Nam de
proconsule in nominatiuo qui E litera finiunt, naturam
Pro prepositionis intuentur. Pro quippe ablatiuo tan-
tum preferuntur. Non respiciant, cum proconsul dicitur,
non duabus uocibus, sed composito nomine dici, ut procu-
rator, propugnator. Nec quicquam obesse exēplo, quod
haec nomina possunt uerba ex se facere, ut procuro, pro-
pugno. Nam præpositio perit: proconsulo autem non fa-
cit, licet consulo faciat. Tamen si proconsulo dicatur in
casu nominatiuo, monoptoton erit. Sed propter consuetu-
dinem proconsul dicatur, ut declinari possit quemadmo-
dum illa que L litera terminantur, ut uigil, pugil, mugil:
quonia in plurali genitio mugilū dicimus, ex pugilum.
Nā si mugilis esset nominatiuus, ut agilis, mugilium face-
ret, ut agiliū. M litera etiam neutra finiuntur, ut telum,
soannū. Sed hoc animaduertamus, cum ntū I ante ultia-
mam syllabam habent genitio singulari: item datiuo et*

ablatiuo pluralibus, eandem geminare debent, ut liliu-
m, folium. Quoniam genitiuus aut pares syllabas nomina-
tuo habet, ut scamnum scamni, aut plures, ut caput ca-
pitis: pauciores nunquam. Præterea datiuus O' litera fini-
nitus, in I eam conuertit, ut scamno, scamnis. Sed consue-
tudo ex auctoritas ueterum, ingenii, consili, imperi, per
tres syllabas maluit dicere. V a sum an uas dici debeat,
quaeritur. Quoniam quæcunque neutra non M litera no-
minatiuo finiuntur, si pluralem recipiant, datiuo ex abla-
tiuo in Bus cadunt. Itaque monile, monilibus, genu, genii-
bus: pecus pecoribus, nomen nominibus, marmor, marmo-
ribus: secundum que uas uasibus facere debuit, ex in geni-
tuo horum uasi: quoniam quæcunque neutra singula-
ria ablatiuo E' litera finiuntur, genitium pluralem to-
tidem syllabarum habent, quot ablatiuum singularem, ut
à nemore nemorum, capite, capitum. Sed hoc nomen per
Anomaliam declinatur, ex erit singulari nominatiuo
V as, genitiuо uasis, datiuо uasi, ablatiuо à uasi. Plurali
autem sic declinabitur, ut scamna. Lucretius tamen geni-
tuo uasi, ut: Rariq; facit lateramina uasi. N litera
terminantur masculina, ut flamen, pecten. Cōmunia duo-
bus generibus, ut tibicen, fidicen, quod frequentissimi
auctores nō probant: nam etiam tibicinam, ex fidicinam
dicunt. Item neutra, ut nomen, flumen, quæ omnia mani-
festa declinatione uno modo declinantur. Altera species
est generis masculini, quæ E' literam ante extremam N
seruat, ut lien, ren, quæ tamen ipsa quoque in ceteris ut
superiora declinantur. Gluten quoque his simile est, licet
Sallustius glutinum dixerit. Item foeminina quasi similia
uidentur. Nā ren singularis nominatiuus, nec ullus aliis
ablatiuo

ablativo excepto in usu est. Greca quæ N finiūtur, præcedentes habet literas A E I O V, ut Alcman, cephen, delphin, phæton, creon. Ex quibus, quæ An, En, In, terminantur, exemplo superiori declinatur, ut fulmen, numen, fidicen. Quæ uero On finiuntur, si producta On Grece declinantur, ut Leon. Eadem literam et apud nos producunt, ut Cicero, Scipio. Ea autem quæ ex productione nominatiui casus corriūtur, in reliquis figureationibus, ut Amphion, Creon, Agamemnon, admittunt apud nos N literam in nominatio, et comparabūtur his Latinis, quæ conuersis casib[us] correpta efferuntur, ut uirgo, turbo. Quæ apud Grecos recipiunt T literā, apud nos quoque eandē habebunt, ut Phyton, Phytonis. R litera præcedente A` terminatōrum, ut Cæsar, lar, far, par, impar, una forma est, nisi quod neutrū in reliquis casib[us] R literam geminat, ut far. Poëtarum uero licentia hæc nomina pluraliter dixit: cum omnia nomina, quæ pondere aut mensura extimamus, pluralem numerū non admittant, ut aurum, plumbum, triticum, oleum. Errant ergo qui parium dicunt: quoniā hæc in plurali triptota sunt, ut hi cæsares, hos cæsares, o cæsares. Nec potest accusatiuus I habere ante S, si genitiuus ante V R habeat. Vim dentur tamen qui parium dicunt, nominatiuum pluralem generis neutri intueri, et quoniam paria dicuntur, ut suavia, facere parium, ut suavium.

R litera præcedente E` terminatōrum species sunt sex. Prima, quæ genitiuo casu nullum incremētum admittit, et in I literā mutatur, ut aper, niger, macer: apri, nigri, macri. Secunda hæc, tener, lacer, puer, teneri, laceri, pueri. Tertia, ut imber, uter, quæ à superioribus hoc differt,

f s quod

quod hec in genitivo S literam accipit, ex dativo I finitur, et non crescit, ut secunda species, et in genitivo plurali Ium literis finitur. Quarta, ut pater, mater, frater, quae dativis pluralibus, non ut prima species apris, sed fratribus facit. Nec ut secunda syllaba crescit, et in genitivo plurali Vm syllabā habet. Dicimus enim fratrum, patrum, non ut tertia utrius, imbrium. Præterea tres casus similiter habet, hi patres, hos patres, o patres. Cum imber et uter, hos imbris et uteris faciat. Quinta species est, ut paſſer, anfer, later, mulier, quæ à secunda specie hoc differunt, quod illa cum incremento syllabe I litera finiuntur, ut gener, generis: hec in S exeunt, ut paſſer, paſſeris, et in ceteris discrepant. Piper namq; cicer neutra in quinta specie habentur. Nam ut paſſer ita declinatur in numero singulari, quem nunquam egrediuntur. Sexta species, ut neuter, uter: neutrius enim et utrius facit, et declinantur, ut cetera pronomina, quæ in Iis literas genitivos, et in I dativos agunt. Præterea eos genitivos, et dativos communes habent, cum reliquis generibus in feminino: neutroq; R litera præcedente I una tantum species est vir. R litera præcedente O' terminatorū species sunt due. Alia que per obliquos casus producuntur, ut sopor, ris, color, ris: alia corripiuntur, ut arbor, ris, sed uno modo declinantur. Castoris et Hectoris genitivos ueteres produxerunt, sed nos corripimus: quoniam Græci horum nominū genitivos corripiunt. R litera præcedente V terminatorū species sunt due. Prima, ut satur, quæ genitivo I finitur, ut saturi. Secunda, quorū genitius in Iis literas uenit, ut sulphur, ris, Augur, ris. Neutra autem quæ Vr literis finiuntur, alia retinet V literā, ut sulphur, ris:

ris: alia in O' mutant, ut ebur, eboris. S littera finitorū no
minum formæ sunt octo. Nā aut A' litera præponitur, ut
Mœcenas, ciuitas, aut E', ut uer, res, moles: aut I, ut pa-
nis: aut O', ut custos, nepos: alias V, ut ligus, uetus: alias
R, ut imers: alias N, ut serpens: alias P, ut præceps. S autē
litera præcedente A', species sunt due. Prima ut Mœce-
nas, lenas. Secūda, ut nostras, priuernas, quæ à superiori-
bus hoc differūt, quod cōmunia sunt omnibus generibus,
et assumere debent 1 literam in genitiuo plurali. Quæ
neutralibus in plurali nominatiuo accusatiuo, uocatiuo
familiaris est. Igītur nostratium, priuernatium dicemus:
quia sunt hæc nostratia, priuernatia: sed et pregnatiuum
et optimatiū dicimus, quia accusatiuus pluralis 1 literā
habet, ut hos et has, optimatis, et has pregnatis, quāuis.
ueteres pregnatū et optimatum dixerūt. Pregnas autē
foeminini et neutri generis est. As et Mas cum sint mo-
nosyllaba, Analogia nō tenentur, sed propria quadā de-
clinatione assis et maris faciūt, et in plurali assūmunt et
mariū. Phas et nephias, aptota sunt. Græca nomina, que
apud nos in As excunt, tres species habent. Prima est, ut
Olympias, pythias, nā Olympiadis et pythiadis facit. Se-
cunda ut Pallas, Thoas, Athlas: nā Pallatis, Thoantis, An-
thlantis facit. Tertia, ut Aeneas Pythagoras, Lycas, nā fa-
cit Aenea, Pythagoræ, Lyce. Quādo nostra ratione no-
mina quæ genitiuo in E' excunt, nominatiuo A' finiun-
tur, ut Catilinae, Catilima. Sed hæc Græca sunt, nō nomi-
natiuo S literam retinent. Quædam tamen perdunt S literam
in nominatiuo, ut Nicea, Medea. Ergo in his nomi-
natiuiss consuetudo seruanda est. S littera præcedente
E' terminatōrū species sunt quinq;. Prima, quorū nomi-
natiuus et actus, et uetus plurales similes sunt, sed ḡtūs

pluralis

pluralis in Vm exit, ut Hercules, proles, Herculum, plurale. Secunda species est, quæ à superiore hoc differt, quod genituum pluralem in ium compellit, accusatum in S, ut nubes, rupes, cautes. In qua forma masculina non habentur. Tertia, quæ etiam si aliquam inter se habent differentiam, in declinatione tamen quoniam incremento syllabarum pares sunt in obliquis casibus, in unam speciem rediguntur, ut Ceres, bipes, merces. Masculina autem in exempla nō sunt nisi Greca, ut Chremes. Laches. Quarta species non differt à precedente, quod obliquos casus E in I compellit, cum superior S literam seruat: uidelicet quoniā in nominatiuo non ut superiora E producunt, sed contrahunt, ut hospes, antistet, ales, comes. Quinta species à superiore hoc differt, quod genitius aucta syllaba I litera finitur, qui etiam datius habebatur, accusatiuo in Em exit, ablatiuo in E productam, cui adiecta Rum syllaba genitium plurale facit. Cuius numeri nominatiuum cum prima positione ex uocatiuo singulari confundit, datiuū ex ablatiuum Bus syllaba finit: ut facies, dies, spes, acies. Sed cōsuetudo, rei, ex spei, corripuit fortasse, quod monosyllaba sunt. S litera præunte I terminorum alia crescit per obliquos casus, alia intra modum positionis continetur, duntaxat in numero singulari. Eorum igitur quæ non crescūt, species sunt due. Prima, generis masculini, ut scobis, mensis: licet Lu canus exiguam scobem dixerit. Fœminini ex communis, ut canis, iuuenis, quorum declinatio liquet. Secunda species, hoc à superiore differt, quod ablatiuum in I litera finit, accusatiū in Im: ex sunt duo sola masculina, liguris, tyburis: fœminina, clavis; pelvis, turris: clavis,

clafis, caſis. Hanc rationem declinandi manifestam di-
minutio facit, que producta in omnibus iſtis pronuncia-
tur. Itaq; quoties dubitamus de nominum enunciatio-
ne, diminuti onem eius consulimus. Eorum que syllaba
crescent, species sunt due: quarum altera corripit I li-
teram, in qua forma sunt masculina, ſanguis, puluis, la-
pis: foemina, cufpis, caſſis, in quibus mutant masculina
hoc, quod alia in declinatione I conſeruat: alia in E traſ-
cunt. Item quod alia tis, alia ris syllaba in genitivo fini-
untur. Altera species I literam producit in nominatiuo,
ut glis, lis, ſannis: quam ex in obliquis ſimiliter conſer-
uant. In genitivo plurali I ante Vm syllabam dicimus gli-
rium, litium, ſannitium, no ut superiora, lapidum, cufpi-
dum, caſidum. S litera praecedēt O terminatorum, cum
ſit paruum diſcrimen, una species potest eſſe: nam cum
omnia in obliquis syllaba crescant, hoc differunt, quod
quædam in genitivo S literam in T: quædam in D:
quædam in R conuertunt, ut nepos, tis: custos, dis.
Monosyllaba masculina, ut flos, floris: ros roris.
Item neutrum, os, oris. In oſſibus autem nominati-
uum conſuetudo facit, os, contra rationem, quoniam in
genitivo R non habet. Sed nec oſſum potest dici, quoniā
neutra quæ nominatiuo M terminantur, Bus syllabam
non admittit numero plurali. Ergo in monosyllabis Ana-
logia non tenetur. S litera praecedente V terminatorum
species ſunt ſex. Primi, genitiuus I ſimplice, uoca-
tiuus E terminatur, ut Marcus, sextus: genitiuus, ut
Marci, ſexti: uocatiuus, ut Marce, ſexte. Secunda spe-
cies à ſuperiore hoc diſtat, quod genitiuo I geminat, ex
in uocatiuo I terminatur, ut Antonius, Iulius, huius Ana-
tonij.

tonij, Iulij facit, ex ò Antoni, Iuli: in ceteris cū superio
re consentit. Tertia species, nominativum cum uocatiuo
miscet, ex ḡtō easdem literas producente conseruat, da-
tuio V ex I, ablatiuo V, accusatiuo Vm terminatur, ut
senatus, fluctus, exercitus: quæ pluraliter nominativum
cū accusatiuo ex uctō in Vs productam agūt, genitium
in Vm, datiuum ex ablatiuum in Bus syllabam. Quarta
species incrementum syllabæ per obliquos casus accipit:
ita tamen ut aliquam uarietatem inter se habeant. Que-
dam enim V literam retinent alias correptam, alias pro-
ductam ut, ligus, liguris, palus, dis: uirtus, tis. Quedam
eandem V literam in E uel in O mutat, ut uetus, ueteris:
uenus, ueneris: nemus nemoris. Quedam tamen uno mo-
do declinantur, Laus ex fraus cum sint monosyllaba, ex
duas uocales habeant iunctas, in eadem specie habentur,
quia similiter syllaba crescunt. Quinta species pronomi-
num, quæ Vs terminantur, ut unus, totus, solus, quæ hoc
modo declinantur, Vnus, unius, uni, unum, une, ab uno:
uni, unorum, unis, unos, uni, ab unis. Sexta in Eus, ut imu-
leus, eculeus, à uocatiuo E litera geminata efferun-
tur, ut eculee, imulee. Sed quidam malunt in Eu ut Tideu,
uocatiuo Græcè dicere. S litera I præcedente finita
neutra monoptota sunt, ut tressis, sexis. S litera præceden-
te V, due species sunt. Prima, quæ in I genitium agit,
ex pluralem non habet, ut uulgas, pelagus, uirus. Ll=
cretius uiri dicit, quanquam rectius inflexum maneat.
In secunda species sunt, quæ per obliquos casus crescunt,
ex genitiuo singulari in Ris literas excunt, ut ge-
nus, nemus, Ex quibus quedam V in E mutant, ut
olus, oleris: ulcus, ulceris. Quedam in O, nemus,
nemoris.

nemoris, pecus pecoris. In dubitatione uenient stercus et faenus in E, an in O mutent: quoniam que in Nue syllabam finiunt, V in E mutant, ut uulnus, genus, funus, et funeratus dicimus: faenus enim exemplo non debet no cere, cum inter dubia genera ponatur. Item ueteres sterceratos agros dicebant, non stercoratos. S litera finita nomina, precedentibus N uel R, omnia sunt unius generis, nisi que ante S, R habent, interdum D recipiunt, ut secors secordis. Interdum T, ut sollers, iners. In plurali quoque, excepto genitiuo et accusatiuo, omnibus casibus similiter declinantur. Nam quædam in Vm genitiuo, accusatiuo in Es exeunt, ut Mars, Aruns. Quædam in Ium, ut sapiens, patiens, et ob hoc accusatiui eorum in Is exeunt. Pleraque autem ex his nomina tribus generibus, communia sunt, et 1 literam quam habent neutra in nominatiuo plurali dant, etiam genitiuis reliquorū generum cum quibus communia sunt. T litera neutra tantum nomina quædam pauca finiuntur, ut Git, quod non declinatur, et caput, sinciput. Quidam cum lac dicunt, adiijcunt T propter quod facit lactis. Sed Vergilius: Lac mihi non estate nouum, non frigore defit. Quippe cum nulla apud nos nomina in duas mutas exeunt, et ideo ueteres lacte in nominatiuo dixerunt. X litera terminatorum, quædam in genitiuo plurali, in quibus omnia cōmnia in Ium exeunt, et ob hoc accusatiuo in I et S. Plurima uero ḡtō in V et M non præente I, et ob hoc in E et S, accusatiuo exeunt. Nam in reliquis consentiūt, utpote cū singulariter omnia in ntō habēt, X exigūt, ḡtūm in I et S agunt datiuū in I literam: ablatiū E uel I definiāt, adiectaq; M accusatiuum definiūt, impletq;. Pluraliter
uero

herò datiuum & ablatiuum utique Bus syllaba finiunt.
 Nam de ceteris quibus disſident ueteres, quidam atro-
 cum, & ferocum. Qua ratione omnium X litera finito-
 rum una species uidebitur. Huic enim X literæ omnes
 uocales præferuntur, ut capax, frutex, pernix, atrox, re-
 dux. Ex his nominibus, que in nominatiuo producūtur,
 quedam corripiuntur, quedam consentiunt in nomina-
 tiuo, in obliquis autem diſſentiunt. Pax enim & rapax,
 item Rex & pumex: item nux, & lux primam positio-
 nem uariant. At nix & nutrix, item nox & atrox, sic
 enim in prima positione consentiunt, ut discrepent per
 obliquos. Et illud animaduertendum est quedam ex his
 X literam in G, & quedam in C per declinationes com-
 pellere. Lex enim legis, grex, gregis facit: & pix, picis:
 nux, nucis. Nam in his, que non sunt Monosyllaba non-
 nunquam X litera genitiuo in C conuertitur, ut frutex,
 fruticis: ferox, ferocis facit. Supellex autem & senex,
 & nix priuilegio quodam contra rationem declinantur.
 Quoniam supellex duabus syllabis crescit, quod uerat
 ratio, & senex, ut in nominatiuo, item in genitiuo diſſyl-
 labum manet. Cum omnia X litera terminata crescant.
 & nix nec in C conuertitur, ut pix: Nec in G, ut rex, sed
 in V: consonans, cum in uocalem transire non posſit. In
 plurali autem genitiuo ablatius singularis formas uer-
 tit. Nam in A aut O terminatus, in Rum exit: E corre-
 pta in Vm: producta in Rum, I terminatus in Ium: V ter-
 minatus in Vm. Datius & ablatius plurales: item aut
 in Is exeunt, aut in Ibus, que præcepta in scholis sunt
 tritiora, sed quoties in Is exeunt, longa syllaba terminan-
 tur, quoties in Bus, breui.

De

De Generibus uerborum.

DEcursis nominum regulis, eorum est consequentia dicere, canones que uerborum. Genera uerborum sunt quinque, Actuum, Passuum, Neutrum, Commune et Deponens. Actuum est, quod in O' exit, et agentis significationem habet, ut lego, scribo, canto, et cetera huiusmodi. Passuum uero in R, et patientis significationem monstrat, ut lego, scribor. Neutrum in O, et neque agentis, neque patientis plenam significationem habet, ut fudo, dormio. Nescio enim agat quis, aut patitur. Commune et Deponens in R exit, sed hoc interest, quod in communi due sunt significationes agentis, et patientis. Cum enim dicimus oscular, nescis utrum potius oscular te, an oscular a te. In deponenti autem, aut agentis effectus est, ut luctor: aut patientis, ut morior. Est etiam impersonale, ut sudatur, curritur, quod ideo sic uocatur, quod cum omnes personas contineat, nullam habet certam.

De Modis uerborum.

Verborum autem modi sunt quinque, sed alij sex, alij septem, alij octo, alij nouem, pauci etiam decem dixerunt. Qui uero quinq; dicunt, hos aiunt indicatiuum, imperatiuum, optatiuum, coniunctiuum, infinitiuum, quem et perpetuum dicimus. Qui sex memorant, addunt promissiuum. Qui septem, impersonalem. Qui octo, percunctatiuum. Qui nouem, subiectiuum, et a coniunctuo cum separat. Qui decem, etiam hortatiuum ascribunt: sed hos superflue adiectos ratio non admittit.

COniugationes autem quas Grecri *συγγρίας* appellant, tres esse non dubium est. Quae in uerbis actiuis neutralib[us] sive in secunda persona, tempore praesenti monstrantur. Nam quoties finalis syllaba in *A*s exit prima: in *E*s secunda: in *I*s tertia, ut *cantas*, *uides*, *au-dis*: si producta sit *h[ec]* tertia: nam si correpta sit *cur-ris*. Harum omnium coniugationum uerba in prima po-sitione ante ultimam literam tres tantum uocales re-cipiunt, *E I V*: ut *sedeo*, *lanio*, *irruo*. Consonantes autem omnes, exceptis *F K* & *Q*, ut *libo*, *uoco*, *cado*, *lego*, *traho*, *impello*, *amo*, *cano*, *scalpo*, *curro*, *lasso*, *peto*, *ne-xo*. His accidentunt *I* & *V*, loco consonantium positæ: ut *aio*, *adiuuo*. Sed nec *F* excludunt, cum dicamus *triumfo*. quanquam à Græcis ueniat, & per *P* & *H* potius scri-batur. Praeterea ab eo quod dicimus *faris* & *fatur*, pri-mam uerbi personam uolunt *For*. De *Q* litera dubita-tur: nam dicimus *eliquo* & *equo*. Et in huiusmodi uerbis *V* litera nec uocalis locum, ut est *irruo*: nec consonantis, ut est *adiuuo*, ualcat obtinere.


De formis.

HArum omnium coniugationum in declinando for-me sunt triginta sex, exceptis *d*fectiuis & *impersonalibus*, & *inchoatiuis*. Prima coniugationis uerba, quæ uel *O* litera nulla alia præcedente uocali ter-minantur, uel præeunte uocali qualibet, formas habent quatuor, Secunda coniugationis uerba formas habent sex. Tertiæ coniugationis correpta uerba formas habent uiginti

uiginti sic: **Q**aecumq; uerba indicatiuo modo tempore praesenti, persona prima, I O literis terminatur, formas habent sex. **Q**ue V O, formas habent duas, **Q**ue nulla præcedente uocali O litera terminantur, formas habent duodecim. Tertiae coniugationis productæ uerba, quæ indicatiuo tempore praesenti, prima persona, I O literis terminantur, formas habent quinq;. **Q**aecumq; autē uerba cuiuscunq; coniugationis indicatiuo modo tempore praesenti, persona prima, uel nulla præcedente uocali, uel qualibet alia præcedente O litera terminantur. Eorum declinatio hoc numero formerum continetur, de quibus singulis dicam.

De prima coniugatione.

Primæ coniugationis uerba indicatiuo modo, tempore presenti, persona prima, aut O litera nulla alia præcedente uocali terminantur, ut amo, canto: aut Eo, ut commeo, calceo: aut Io, ut lanio, fatio: aut Vo, ut estuo, continuo. Primæ coniugationis uerba imperatiuo modo tempore praesenti ad secundam personam. A litera productæ terminantur, ut amo, ama: canto, ta. In infinitiuo modo ad imperatiuum modum Re syllaba manete productione terminantur: ut amo, amare, cantay, cantare. Item prima coniugatione, quæ indicatiuo modo tempore præterito, specie absoluta, adiecta ad imperatiuum Vi syllaba, manete productione terminat, ut comeo, commea, commeau: lanio, lania, laniaui: fatio, satia, satiaui. Eodem modo tempore specie inchoatiua, adiecta ad imperatiuum modum Bam syllaba terminantur, ut comea, comeab: lania, laniab. Itē prima coiugatio eodem modo, eodem tempore, specie recordatiua, adiectis ad ipe-



tatiuum modum, ve ex Ram syllabis M terminat partes, ut commea, commeaueram, lania, ueram: aestua, ueram. Prime coniugationis eodem modo tempore futuro, adiecta ad imperatiuum modum Bo syllaba terminatur, ut commea, bo: lania, abo: aestua, bo. Quæ uero indicatiuo modo tempore præsenti ad primam personam, O litera nulla alia præcedente uocali terminantur, ea indicatiuo modo tempore præterito specie absoluta, et exacta quatuor modis proferuntur. Est enim primus, qui similem his regulam habet, quæ indicatiuo modo tempore præsenti prima persona penultimam uocalem habent, ut amo ama amauui, amabam amaueram, amabo amare. Secundus est, qui O in I conuertit, ex penultiman in præterito perfecto, et tertiam ab ultima in plus quam perfecto producit, ut adiuuo adiuui adiuueram. Tertius, qui similem quidem regulam habet primi modi, sed subtracta A litera disiungit, ut seco secui secabam, secabo secare. Facit enim in specie absoluta secui, et exacta secueram. Quarta est, quæ per geminationem syllabe profertur, ut sto sta steti steteram, stabo stare. Huic simile, do da dedi, correpta litera A, contra regulam in eo quod est dabam dederam, dabo dare profertur.

De Secunda coniugatione.

Secunda coniugationis uerba indicatiuo modo tempore præsenti, persona prima, E O literis terminantur, ut video uides, moneo nes. Secunda coniugationis uerba imperatiuo modo, tempore præsenti, ad secundam personam, E litera producta terminantur, ut uideo uide, moneo mone. Secunda coniugationis uerba infinitiu-

finituo modo adiecta ad imperatiuum modum re syllaba, manente productione terminantur, ut uide uidere, mone monere. Secundæ coniugationis uerba indicatiuo, modo tempore præterito specie absoluta, ex exacta, septem modis declinantur. Et est primus, qui formam regulae custodit. Nam forma hæc est, cum secundæ coniugationis uerbum indicatiuo modo tempore præterito quidem perfecto adiecta ad imperatiuum modum uis syllaba, manente productione terminatur: ut deleo dele le ui. Plusquam perfecto autem adiectis ad imperatiuum modum, ue et ram syllabis terminantur, ut dele dele ueram. Secundus est, cum indicatiui modi, primæ personæ, E et O literis terminatae transeunt in I, ut sedeo sedi, et in exacta, ut sederam. Tertius est, cum E et O in V et I mutantur, ut caleo calui, moneo monui, calueram, monueram. Quartus est, cum E et O in I mutant, et consonantem, que præcedit in S, ut mulgeo mulsi mulseram. Quintus est, cum E et O in I præcedens uero consonans in X mutatur, ut lugeo luxi luxeram. Sextus est, qui per duplicationem syllabæ profertur, ut spondeo sponperi sponderam. Septimus est, qui resoluitur in formam passiuorum, ut audeo ausus sum es est, ausus eram eras erat. Secunde coniugationis uerba indicatiuo modo specie inchoatiua adiecta ad imperatiuum bam syllaba, manente productione terminantur, ut uide uidebam, mone monebam. Secundæ coniugationis uerba indicatiuo modo tempore futuro adiecta ad imperatiuum modum bo syllaba, manente productione terminantur, ut uide uidebo, moneo monebo.

De Tertia coniugatione correpta.

Tertiae coniugationis correptæ uerba indicatiuo modo tempore præsenti persona prima, aut O litera nulla alia uocali præcedente terminantur: ut lego legis, peto petis, aut rapio rapis, facio facis: aut uo, ut in duo, irruo. Tertiae coniugationis correptæ uerba, quæ indicatiuo modo tempore presenti, O litera nulla prece dente uocali terminantur, eadem imperatiuo modo, tempore præsenti, persona secunda E correpta prece dente consonante primæ positionis terminatur, ut lego lege, peto pete. Quæ V ex O, ca imperatiuo modo V ex E retinebunt, ut induo indue, irruo irrue. Tertiae coniugationis correptæ uerba infinitiui modi adiecta ad imperatiuum modum, re syllaba manente correptione terminantur, ut legere, petere. Tertiae coniugationis uerba quæ indicatiuo modo tempore præsenti, persona prima, I O literis terminantur: ea præteritum perfectum ex plus quam perfectum, sex modis enunciant. Primus est, qui tertiae coniugationis productæ, integrum regulam sequitur, hic est qui imperatiui modi regulam in productionem uertit, ex in absoluta specie assumit uis syllabam, ex in exacta ue ex ram, ut cupio, piui, ue ram. Hec eadem tamen interdum sublata V litera in absoluta specie, ex geminata I: in exacta uero correpta eadem pronunciatur, ut cupi cupieram. Secundus modus est, qui primæ positionis uerbo O literam deponit, ex præcuntem syllabam, seu mutata uocali, seu perseverante producit, ut facio faci, fugio fugi. In exacta uero specie I deposita

ta, ex in E' mutata, ram syllabam absumit, ut feceram, fugaram. Tertius modus est, cum I et O in V et I conueruntur, ut elicio elicui elicueram. Quartus, depositis I O literis, et praecunte consonante per S gemimum enunciatur, ut percutio percusi percusseram. Quintus, qui per X, ut aspicio aspexi aspexeram. Sextus, qui per gemitationem syllabae enunciatur, ut pario peperi pepereram.

Tertiæ coniugationis correptæ uerba, quæ indicatiuo modo tempore præsentii, persona prima O' litera terminantur, ea præterito et absoluto, et exacto duobus modis enunciantur. Et est primus cum primæ positionis uerba O' in I commutant, ut induo indui indueram. Secundus, qui per X pronunciatur, ut instruo instruxi instruxeram. Tertiæ, correptæ uerba, quæ indicatiuo modo tempore præsenti, persona prima, O' litera nulla alia uocali præcedente terminantur, ea indicatiuo modo tempore præterito specie absoluta et exacta duodecim modis declinantur. Et est primus, qui tertiae coniugationis productæ integrum formam sequitur, ut supra ostendimus. In his uerbis, quæ tertiae coniugationis correptæ, indicatiuo modo tempore præsenti, persona prima, I O literis terminantur, ut enim est cupio cupiui cupiueram, sic peto petiui petiueram: hec quoq; V literam interdum subtrahunt, et I geminant, ut petij petieram. Secundus est, cum O' in I conuertitur, qui primæ positionis uerbi O' literam in I commutat, et præuentem syllabam, seu mutata uocali, seu perseverante producit. Deposita etiam consonante, si fuerit media, in quā prima uocalis desinat, ut ago egi egeram, lego legi legeram. Eorum autem quæ in consonantem exeunt;

exempla sunt hæc, frango fregi fregeram, fundo fudi fuderam. Quartus est, qui medium consonantem deponit, ex pœuentem uocalem corripit, ut findo fidi fideram, scindo scidi scideram. Quintus. O' litera deposita V ex laſſummit, ut molo molui molueram, colo colui colueram. Sextus, qui deposita O' S ex I laſſummit, ut carpo, carpsi, carpseram: scribo, scripsi, scripsoram. Septimus, qui O' deposita, ex pœente cōsonante, per S, gemimum pronunciatur, ut meto, meſſui, meſſueram. Octauus, qui ſimili correptione per unum S, pœente uocali produc̄ta declinatur, ut trudo, trufi, truſeram. Nonus, qui per X, pronunciatur, ut expungo, expunxi, expunxeram, ungo, unxi, unxeram. Decimus, qui per geminationem prime syllabæ profertur, ut pungo, pupugi, pupugeram: curro, cucurri, cucurreram. Undecimus, qui uerborum compositorum ultimam syllabam geminat, ut trado, tradidī, tradideram: reddo, reddidī, reddideram. Duodecimus, qui in formam paſiuorum resoluitur, ut fido, fīſus ſum, es, eſt: fīſus eram, eras, erat. Hæc omnia tertie coniugationis correptæ uerba indicatiuo modo tempore pœterito ſpecie inchoatiua, adiecta ad imperatiuum modū, bam, syllaba precedēte consonante prima positionis uocali E' adiecta, productione terminantur, ut lege, legbam: pete, petebā: exceptis his, quæ I ante O' habuerint: ea enim adiecta I litera ad imperatiuum modum, ex adiecta bam, syllaba producta E' terminantur, ut rapio, rapiebam.

Tertia coniugationis correptæ uerba indicatiuo modo tempore futuro ſublata. E' litera, ex adiecta am syllaba, terminantur, ut lege, legā: pete, petam: indu, induā: exceptis

exceptis his, que I ante O' habuerint in prima positione: ea enim E' in I conuertunt, ex assumpta am syllaba, faciunt futurum, ut rapio, rape, rapiam: facio, face, faciam.

De producta tertia.

Tertiae coniugationis uerba productæ indicatiuo modo tempore præsenti persona prima, aut E' O' literis terminantur, ut adeo, adis: prodeo, prodis. Aut I O, audio, audis: nutrio, nutris. Tertiae coiugationis productæ uerba imperatiuo modo, tempore præsenti, in secunda persona I producta terminatur, ut adeo, adi, prodeo, prodi: audio, audi, nutrio, nutri. Hæc infinitiuo modo adiecta ad imperatiuum modum Re, syllaba manente productione terminantur, ut adi, adire: prodi, prodire. Tertiae coniugationis uerba, que indicatiuo modo tempore præsenti, persona prima, E O literis terminantur, ea modo indicatiuo, tempore præterito, specie absoluta, adiecta ad imperatiuum modum ui syllaba terminantur, ut adeo, adiui. Exacta autem uerba, ueram, ut adiuera: sed consuetudo sepe breuitatem appetens, V literā subtrahit, ex absoluta ingeminat I, ut adij, prodij, adieram, prodieram. Inchoatiua quoque specie adiecta ad imperatiuum modum, bam syllaba terminantur, ut adibam, prodibam. Quæ uero indicatiuo modo tempore præsenti, persona prima, I O literis terminantur, ea tempore præterito absoluta specie, ex exacta forma, quinque modis enunciantur, ex est primus similis superiori, ut nutrio, nutriui, nutriueram, nutrij, nutrierā, ex audi audieram,

g s ut

ut apud Virgi. Audieras et fama fuit. Specie tantum inchoatiua distant . Omnia enim tertiae coniugationis producta uerba quæ indicatio modo, tempore praesenti, persona prima, I O literis terminantur, ea eodem modo, tempore preterito, specie inchoatiua E' producta manente, nouissime syllabæ adiiciunt Bam, ut audiebam, ueniebam, operiebam: quamquà hæc ueteres sine E' litera pronunciabant, ut Virgi. Nutribat Tyrus que pater, cui regia parent Armenta, et cetera. Secundus modulus est, cum O amissa præcedens syllaba producitur, ut uenio, ueni, ueneram. Tertius, cum I et O in V et I mittunt, ut operio, operui, operueram. Quartus, qui deponitis I et O, præcedentem consonantem in S conuertit, sartio, sarsi, sarsoram. Quintus, qui per X enuntiatur, ut uincio, uimxi, uinxerā. Tertiæ coniugationis productæ uerba, quæ indicatio modo, tempore praesenti, E O literis terminantur, ea tempore futuro, eodem modo, Bo syllaba adiecta ad imperatiuum modum terminatur, ut adeo, adi, adibo: prodeo, prodi, prodibo. Quæ uero O adiecta ad imperatiuum modum Am syllaba terminantur, ut audio, audi, audiam: nutrio, nutri, nutriā: quamuis Terentius protulerit per Bo, inde apparet geminam esse pronunciationem . Dixit enim: Scibo iam ubi siet.

Indicatio modo, tempore praesenti, eorum, que E O literis terminantur, sunt uerba, que à diuerso praesenti, preteritum simile habent, ut luceo, et lugeo, luxi enim facit . Idem cernit et crescit creui facit . Sunt alia, que una uerbi positione duas coniugationes teneat, ut pando et mando, faciunt enim pandas

pandas et pandis, mandas et mandis. Verba casibus iunguntur, interdum singulis ita: genitio, ut misereor tui: datiuo, ut suadeo tibi: accusatiuo, ut moneo te: ablatiuo, ut utor illo. Interdu duobus, ut ablatiuo et accusatiuo, ut fungor hanc rem, et illa re. Hec satis ad exempla Analogie dixisse sufficiat. Quae enim his formis consueverint, non teneri pro certo anomala iudicanda, quae strictim, exigueque; memorabo, ut contra rationem etiam usum quendam usurpare detegamus, aut etiam contra regulam defecisse.

De Anomalis.

Cum in nominatiuo singulari, reus et deus similia sint: quare plurali hi rei dicuntur, et usus dicit, hi dij contra regulam: cum dici tantum dei deberet, presertim cum genitiuus nominatiuo suo duabus syllabis non debeat longior inueniri. quam hic eveniet, si dicamus deorum: Cum Thoas, et Eas, cosimilia sint, Thoantis, et Eantis faciant: Aeneas non facit Aeneant, : sed Aeneae. Cur cum hic biceps et triceps dicamus, genitiuus duabus contra regulam syllabis crescat, et bicipitis et tricipitis dicamus? non bicipis aut tricipis. Vnde uenit, ut aliger, frugifer, accipiter habeant omnes casus, Iupiter duos habeat? Cum sanctus, pius, bonus, similia sunt, cur dicimus sanctior, et piior non dicimus? Deinde sanctior, sanctissimus: bonior, bonissimus non dicamus. Cum dicat Virgilius: Phandi atq; nepbandi. Cum à nefando dicatur nefarius, à fando, farius non dicitur. Quare se iunctus amissa præpositione dicitur iunctus, securus et sedulus eadem perdita non ualeant

ualeat memorari. Cum dicamus, singuli uiri: singula mulieres, singula scrinia, quare non dicimus, singulus uir, singula mulier, singulum scrinium. Cum uenor, pescor, aucupor, similia sint: cur uenator, et pescator dicitur, et aucupator non dicitur, sed auceps. Cur uolo non habet imperatiuum, cur fare primam uerbi personam non habet. Quare soleo praeteritum perfectum non habet, Cum canta et laua similia sint, cur cantauit faciat, et lauaui non faciat. Item corusco et tono, coruscaui facit, tonauit non facit. Quid quod ego unum casum recipit. Cum calciatus, armatus, togatus, penultatus paria uideantur, quare calceo et armo dicimus, togo, et penulo non admittitur. Nominatiuus singularis in Vs exiens in omnibus posituiss, E productam habet in aduerbijs, ut doctus, docte: auarus, auare: parcus, parcere. Bonus et malus cur corripit in aduerbio, E, bene et male. Cum habilis habiliter dicamus: cur facilis faciliter non dicimus. Item cum difficulter dicamus, cur faculter dici non poterit. Cum audax audacter dicitur: cur uerax ueracter non dicimus, sed ueraciter. Cur singulatim dicimus, binatim, ternatimq; non dicimus: et alia huiusmodi, que possem innumera memo, rare, ni ad cetera properarem.

Hec cum Grammatice uelut rerum exordium in stauratura dixisset, propter superisenatus, louisq; fastidium, Minerua talibus interuenit. Ni fallor, octo partes orationis uelut incunabula repetitura intimare disponsis. Adiicies solœcismorum causas, barbarasq; formas, tum alia loquendi uitia, que apud uates inclitos plurimum celebrata, que nunc Tropos, nunc Metaplasmos,

taplosmos, nunc Schemata figurarum, ex eodemq; cum
 etia uitia uelut decoris fonte manantia, que attestan-
 tur, aut nescientis errorem, aut affectatam doctoribus
 uenustatem. Quæ si ab scholaribus inchoamentis in se-
 natum Celitum ducis, decurſæ peritiæ gratiam defor-
 mabis. Nam si rhythmicum quid, metricumq; sicut inter
 Cirrhatos audes, affumpſeris, profecto Musices impetu.
 cuius præuertis officium, discerpſeris. Formam igi-
 tur prædictæ præceptionis absolueris, si præcipuis me-
 moratis iam te ab inchoamentorum vulgarium
 uilitatibus vindicaris. His Germanie uerbis
 cum ſponſo Delius anteibant, ex Gram-
 maticam ad Virginis tranſire ob-
 ſequia compulerunt. At tunc
 aliam fœminarum pari
 ſponsalium munca
 re conſerēdam
 clarius in-
 tromi-
 fit.

Finis Tertiij libri.

Martiani

M A R T I A N I
 C A P E L L A E D E
 D I A L E C T I C A,
 L I B E R III.



Aec quoq; contortis stringens effami-
 na nodis,

Qua sine nil sequitur, nilq; re-
 pugnat item.

In cœtum superum ueniens primordia
 fandi

Aduenit, ex scholicum præstruit Axioma.

Ambiguis memorans uocem consistere uersus,

Nil normale putans, ni fuat associum.

Sed licet ipse modos demum bis quinq; profatus,

Pallens afflictum uerset Aristoteles.

Stoica circueant: ludantq; Sophismata sensus:

Perdita nec unquam cornua fronte ferant.

Chrysippus cumulet, proprium consummat aceruum,

Carneadesq; parem uim gerat belleboro.

Nullus apex tot prole uirum par accidit unquam:

Nec tibi tam felix fortis honos cecidit.

Inter templa deum fas est Dialectica fari:

Et Ioue conspecto iure docentis agis.

Quæ igitur introgressa est Delio conuocante palli-
 dior pululum fœminim, sed acri admodum uisu,
 & uibrantibus continua mobilitate lumi-
 nibus,

nibus, cui crines tortuosí, decenti que inflexione crispatae, & nexiles uidebantur. Qui tamen deducti per quosdam consequentes gradus, ita formam totius capitis circulabant, ut nihil deesse cerneret, nihil superfluum detinere. Cui quidem pallium, Athenarum que uestitus, sed gestamen in manibus fuerat inopimum, ac prorsus gymnasij omnibus inexpertum. In leua quippe serpens gyris in manibus inuolutus. In dextra formulæ quædam floribus discolora uenustate, cæteris solerter effigiatae latentis hami nexus interitus tenebatur. Sed quoniam eius leua sub pallio occulebat insidias uiperinas, cunctis dextera præbebatur. Denique ex illis formulis si quis aliquam percepisset, mox apprehensus hamo ad latentis anguis uirosos circulos trahebatur. Qui tamen mox emergens, primo spinosorum dentium acumine uenento, assiduis hominem morsibus affligebat. Dehinc ambitu multiplici circumactum, ad conditiones propositas coartabatur. Si autem quamlibet formulam nullus uellet assumere, quibusdam obuijs interrogatiunculis occupabat, aut latenter in eos anguem serpere stimulabat, donec nexilis complexio circumuentos ad interrogantis arbitrium strangularet. Ipsa autem foemina contractioris uidebatur corporis, habitus que furui. Verum dum libis hirta setis, nescio quid uulgò inexplicabile loquebatur. Nam uniuersalem dedicatiuam particulari abdicatiue obliquam, licet ambas posse uertier asserebat, uniuocis æquiuoca connectendo, ad solam se discernere uerum quid falsumque sit, uelut quadam diuimantis fiducia loquebatur. Haec se educatam dicebat Aegyptiorum rupe, at quin Parmenidis, exinde

Gymnasium

Gymnasiū atque Atticam demeāſſe, illīc' que uerſipellis
 studij calumniantē proposito, etiam Socratis, Platonisq;
 amplitudinem mancipasse. Hanc igitur fraudulenta ſem
 per argumentatione uerſutam, ac de circumuentis pluri
 bus gloriantem, cum Cyllenius Ciryceo geminus anguis
 aſurgens allambere foemimam crebris linguarum, niciati
 bus attentaret, tunc que etiam Tritonida Gorgo cognos-
 centis, quoniam gaudio ſibilaret, nimirum inquit Bro-
 mius, qui facetior eſt Deorum, eam' que penitus neſcie-
 bat. Hec autem ex harenis Libiæ anhelantis adducitur,
 quod eſt capillicium implexum docet, eſt amicitia uene-
 norum, aut fidendum forma copulam eſe Marsicæ natio-
 nis. Ita nanq; agnitione uiperea, eſt blanda anguium adu-
 latione diligitur. Quod ni eſt, ex illius hami fraude colli-
 gitur, quod circulatrix bellacißima, eſt metarum Marti-
 carum incola comprobat. Quo dixto, cū complures deo-
 rum, quantum decuerat, arriderent, Pallas aliquantò con-
 cuſtior, iocum emergentis inhibuit, memorans hanc ad-
 modum sobriam, quod quibusdam diuis penitus denega-
 tum eſt, etiam inter germanas quæ probande ſunt acrio-
 res à nullo poſſe, cum aſerta protulerit derideri. Illa
 autem, quæ argumentum ueroſa aſertionis acrimonieq;
 detulerat, tradere eam iubet, ac ſe ad inſinuandæ ſoller-
 tie habitum comparare. Tunc lubrici anguis circulatos
 orbes eſt hiatus, cū Grammatice, quæ inſinuatione per-
 acta prope aſtabat accipere formidaret, ipſi diue, que
 etiam Medusæos crimes edomuit, cum figuris illicibus, eſt
 hamatis illis formulis committuntur. Ita crimali decore
 mera Cecropis, atque Attica comprobatur. Maxime que
 quod eam Palliatorum populus eſt Graiae iuuenitatis ele-
 ctio

Etio sequebatur: prudentiam foeminae, ingeniumque mirata. Iupiter autem iudicantis, implendisque uirtutibus posteram Romuleis uirtutibus Graiam estimans leuitatem, quicquid noſet illa latiali promere cepit facultate. Ac mox Dialectica, quanquam parum dignè Latinè loqui poſſe crederet, tamē promptiore fiducia, restrictisq; quadam obtutus uibratione luminibus, etiam ante uerba formidabilis ſic exorsa.

Ni Varronis mei inter Latiales glorias celebrati mihi eruditio, industriaq; ſuppeteret, poſſem foemina Dorice nationis apud Romuleae uocis examina, aut admodum rudis, aut ſatis barbara reperiri. Quippe post Platonis aureum flumen, atque Aristotelicam facultatem, M. Terentij primam me in Latinam uocem pellexit industria, ac fandi poſſibilitatem per ſcholas Aſonias comparauit. His igitur præceptis parere colluctans, nec Graios deſeram ordine diſerendi, nec Laurentis aſertio niſ effamina remorabor. Ac prius illud compertum uolo, mibi Romanos, Togatamque gentem uocabulum nondum nouare potuisse, ac Dialecticen, ſicut Athenis ſum ſolita nuncupari, mei que prorsus iuris eſe quicquid artes ceteræ proloquuntur. Nam neque ipsam, quam aures uestræ probauere Grammaticam, neque alteram opimoris ire cluens facultate, uel illam ſormarum diuersa radio, ac puluere limiantem ſine meis poſſe rationib; ex- plicari, quis dubitet? Quippe in ditione mea, iureque conſiftunt, ſex Normæ, quis conſtant ceteræ disciplinæ. Nam prima eſt de loquendo. Secunda de eloquendo. Tertia de proloquendo. Quarta de proloquiorum ſumma. Quinta de iudicando, que pertinent ad iudicationem b poëtarum

poëtarum ex carminum. Sexta que dicenda Rhetoribus
comoda est.

In prima autem parte queritur, quid sit genus, quid
forma, quid differentia, quid accidens, quid uero prop-
rium, quid definitio, quid totum, quid pars, qui in diui-
nendo modus, qui in partiendo, quid sit equiuocum, quid
uniuocum, quid, ut ita dicam, pluriuocum. Debetis quippe
insolentiam perferre sermonis, qui Graiam dissertare
Latialiter sc̄opuli, tis. Que ergo rebus uerba sua sint,
que aliena, et quot modis aliena sint, quid sit substantia,
quid qualitas, quid quantitas, quid relatum, quid loci,
quid temporis, quid situs, quid habitus, quid facere, quid
pati, quid proloquia: et quot modis sibi opponantur,
haec in prima nostri parte censemur.

In secunda uero, quam de eloquendo diximus, queri-
tur quid sit nomen, quid uerbum, quid ex his iunctum,
que ex his subiectiva pars sententiae sit, que declarati-
ua, qui subiectiva modus sit, qui declarativa, quatenus
nomen accipiatnr, quatenus uerbum, quatenus sit perse-
cta sententia, ut possit esse proloquium.

Excipit hanc pars tertia de proloquendo. In ea que-
ritur quantum ad propositum hodiernae sufficiat brevi-
tatis, que sint differentiae proloquiorum in quantitate,
que in qualitate, quid uniuersale sit, quid particulare.
quid indefinitum, que sint aientia, que negantia,
quam uim habeant singula, quemadmodum inter se
affecta sint. Hinc progreditur ad quartam partem,
quam esse diximus proloquiorum summam. In ea
queritur, quid sit sumptu, quid illatio, quid syllogismus,
quid symperasma, quid prædicatius syllogismus,
quid

quid conditionalis, et quid intersit: quot formae sint praedicatiū generis, et que sint, utrum certum ordinem teneant, et si tenent, quid sit eiusdem ordinis ratio, quot modis habeant singula: et utrum hi modi certum ordinem teneant. Et si ita est, que sit eiusdem ordinis ratio.

Deinde conditionalis syllogismi quot primi modi, ac necessarij sint, qui etiam istorum ordo sit, quid inter se differant. Hæc sunt que præsenti arbitror cognitioni, afferendisq; sufficere, quid ergo genus sit, exordia repetens, quo uniuersa discurrat, primitus intimabo.

De Genere.

Genus est multarum formarum per unum nomen cōplexio, ut animal, forma eius, ut homo, seu equus, et cetera. Sed nonnunquam aliqua forme ita generi subiiciuntur, ut etiam ipse alijs sub se positis genus esse possint, ut hominum genus, quod animali forma est, Barbaris et Romanis genus, et usq; eō genus esse potest, donec eius formas diuidet ad individuum aliquid uenias: ut si homines diuidas in masculos et foeminas. Item masculos in pueros, adolescentes, et senes. Item pueros in infantes, et loquentes. Item puerum, si uelis diuidere, in catamitum, aut alium quempiam certæ personæ puerum, non est genus, quod iam ad individuum peruenit. Vti autem eo genere debemus, quad est præsenti negocio proximum, ut si de homine queratur, eius genus animal debemus assumere, quod ei proximum est. Nam si substantiam dixerimus, quantum ad rationē pertinet,

uerum est quantum ad necessitatem superfluum.

De Formis.

Formas easdem dicimus quas ex species. Forme ergo sunt, que subditæ generi tenent diffinitionem eius ex nomen, ut homo, equus, leo, quoniam forme sunt animalis, potest ex homo, ex equus, ex leo animal dici. Et corpus anima participans nomen, quæ definitio generis esse cognoscitur.

De Differentia.

Differentia est sufficiens ad id, quod suscepitis distractio, ut si queratur, quid inter hominem interficit ex equum, sufficit ut dicamus, quod homo bipes est, equus quadrupes. Animaduertere autem debemus, quia multæ sunt in rebus singulis differentiae, unanquamque rem dissimiliter nos posse dividere, quoties in ea poterimus alias atq; alias differentias inuenire. Nam si animal uoluerimus dividere, possumus in sexus, quod alia sunt masculina, ex alia foemina. Possimus in etates, quod alia sunt ortua, alia iuuentutis, alia senilia. Possimus in quantitates, quod alia sunt parua, alia magna, alia media. Possimus in uarietate motus, quod alia sunt gradietia, alia serpetia, alia natatia, alia uolantia. Possimus in habitaculorum diuersitates, quod alia sunt aquatilia, alia terrena, alia aeria, alia, ut nonnulli dicunt, ignea. Possimus in lingue sonum, quod alia sunt loquacia, alia gementia, alia latrantia, alia ululantia. Sciamus tamen ex singulas perfectas esse divisiones, ex omnes in singulis inueniri, Nam masculina animalia possunt ex ab ortu centia,

centia, et parua, et gradientia, et terrestria, et bipedalia, et loquentia esse. Ergo quavis uti licet, ea tamen debes, que est apta suscepto negocio. Nam si tibi sit de hominum laude dicendum, in rationabilia et stolida dividere oportebit, ut eò facile possit intelligi inter omnia animalia verum natura quanti homines habuerit, quibus solis se ad cognoscendam ratio cinari permisit.

De Accidente.

Accidens est, quod non nisi eidem forme, sed non semper evenit, ut Rhetorica non nisi homini accedit, sed ei potest non accidere, ut quanvis sit aliquis homo, non sit tamen orator.

De Proprio.

Proprium est, quod et eidem forme, et ita semper accidit, ut unamquamque rem ab omnium communione discriminet, ut in homine risus. Nam nec ridere quisquam nisi homo potest, nec homo, cum uoluerit. quantum in eius natura est ridere non potest. Et differentia proprio eò distat, quod differentia unamquamque rem ab eo tantum distinguit: unde questio est: proprium uero ab omnibus. Nam cum hominem à leone per uiolentiam uolentes discernere, dixerimus, quod leo ferus est, homo autem mitis, id solum uidemur discernere, quod ad susceptum negocium pertinet. Dicendo enim leo ferus est, homo mitis, nec hominem ab alijs mitibus animalibus, nec leonem à ceteris bestiis sciunximus. Dum uero risibile animal hominem dixerimus, eò à ceterorum animalium generalitate discreuerimus.

Diffinitio est, cum iunoluta uniuscuiusq; rei notitia, aperte, ac breuiter explicatur. In hac tria uitanda sunt: ne quid falsum, ne quid plus, ne quid minus significetur. Falsum est hoc modo, homo est animal immortale, aut irrationale. Quanuis enim homo esse animal uerum sit, falsum tamen est, immortale, aut irrationale esse. Plus est hoc modo, Homo est animal mortale, Ex hoc enim quamuis breuiter dictum sit, plus tamen est, quod ad omnia animalia pertinet. Minus significatur hoc modo: homo est animal grammaticum. Quāuis enim nō sit, nisi homo animal grammaticum, nō tamen omnis homo grammaticus. Diffinitio plena est hoc modo, homo est animal rationale mortale. Addendo enim mortale, separauimus à dijs: addendo rationale, separauimus à feris.

De Toto.

Totum est, quod duabus pluribus in se partibus positis non semper nomen, diffinitionem tamē nunquam accommodat. Et hoc non nisi in individuis inuenitur, ut si hominem designemus, et eius partes, singula membra faciamus. Intelligimus id ipsum totū esse, quia certum hominem constituimus, et diffinitionem, et nomen ipsius totius non posse in partes cadere. Nō enim aut brachium solū, aut caput hominē dicere poterimus, aut ipsius diffinitionē singula membra recipiūt. Sed animaduertendum est, quod aliquando omne pro toto dicere possumus, sed alio quodam intellectu. Nam totum etiam in singulis, et omne in multis agnoscitur.

agnoscitur. Nam cum dicimus homo Cicero, quia unus est, in eo totus intelligitur. Homo autem, quia imperitus et artifex, et vir, et mulier esse potest, omne melius accipimus.

De Parte.

Partes sunt, quae in toto esse intelliguntur, et ex quibus totum constat.

Qui in dividendo modus.

Dividere usq; eo debemus, donec ad individuum ue-
niatur, et hoc sit, cum per differentias ad pauci-
tatem genera redigimus, et eis ita formas subiçimus, ut
et ipse singule alijs sub se positis, etiam genera esse pos-
sint: ut animal si breuiter primo dividere uoluerimus,
per differentias possimus: quod alia sunt gradientia, alia
serpentia, alia natantia, alia uolantia. Hinc item id est de
singulis formis possimus genera facere, ut si dicamus ani-
malia gradientia genus esse, et ei formas subiçimus, quod
alia sunt humana, alia ferina. Et ex his possunt esse aliae
forme, per quas si necesse fuerit, ad individuum poterit
perueniri. Sed hoc non in omni assertione facere oportet,
sed in subtili quadam disputatione. Tunc autem in
oratione hoc modo possimus dividere, cum id exigit ob-
scuritas cause, quod si causa non sit obscura, divisionis
quidem ratio inesse, et tractari debet, sed multum appa-
rere non debet.

Qui in partiendo modus.

Partiendi differentiae non frequenter occurruunt, atq;
ita sine his infinita potest esse partitio, si usque ad
h 4 individuum

indiuiduum uoluerimus peruenire. Nam si certum hominem pro toto dicamus, et eius partes breuiter colligere uoluerimus, differentiae non suppetunt partiri, et certarum partium nominibus uti cogimur, ut dicamus caput et pedes, et reliqua, quae sic complecti breuiter uoluerimus, quoniam differentiae desunt, non possumus singula colligere, quia multa sunt, et aut impossibile erit, aut longum.

Quid intersit inter diuisionem & partitionem.

In terest autem inter diuisionem et partitionem, quod in diuisione per formas currimus, in partitione per partes. Formae autem sunt que generi subiiciuntur, et eius diffinitionem tenere possunt et nomen. Partes sunt que in toto sunt, et diffinitionem nunquam, nomen interdum totius recipere possunt. Possumus tamen unam eandemque rem et pro toto, et pro genere accipere, sed alia quadam ui, ut est homo, quem si in adolescenti, senem et puerum diuidere uoluerimus, genus est et forma eius: Quem si in caput, pedes et manus partiri uoluerimus, totum est et partes eius, quia adolescens, senex et puer, quas formas esse diximus, et nomen hominis recipiunt; et diffinitionem, ut et senex dicatur, homo animal rationale, mortale, et puer, et adolescentis. Caput uero et pedes, quas partes dicimus, neque diffinitionem hominis, neque nomen accipere possunt, quia nec caput potest dici homo animal risibile, nec pedes, nec manus.

Quid sit Aequiuocum.

Aequiuocum

A Equiuocum est, quando multarum rerum unum est nomen, sed non eadem diffinitio, ut leo. Nam quantum ad nomen pertinet, uerus et pictus et celestis leo dicitur. Quantum ad diffinitionem, aliter uerus diffinitur, aliter pictus, et aliter celestis.

Quid sit Vniuocum.

V Niuocum est, quando duarum aut plurium rerum unum nomen est et diffinitio, ut uestis. Nam et birrus et tunica nomen uestis habent, et diffinitionem possunt accipere. Ergo hoc uniuocum in generis scie intelligitur, quod et nomen et diffinitionem dat formis suis.

Quid Pluriuocum.

PLuriuocum est, quando multis nominibus una res dicitur, ut gladius: nam et ensis et mucro idem significant.

Quæ rebus uerba sua sint.

REbus uerba sua sunt, quæ naturalia, atque etiam propria dicimus, ut lapis, lignum, et cetera.

Quæ Aliena.

A Liens sunt, quæ ratione aliqua mutantur, uel propter necessitatem, uel propter decorē, ut dicimus uites gemmare, et letas segetes. Hic enim quoniam proprium deficit, alieno usi sumus. Neque enim aut uites aliud quam gemmare, aut segetes aliud quam letas possumus dicere. Propter decorē autem dicimus fluctuare segetes. Possumus enim aliud mouēt dicere, sed quoniam ornatum non est, alieno utimur.

Aliena uerba tribus modis sunt, aut per similitudinem, aut per contrarium, aut per differentiam. Per similitudinem, ut sunt, quæ in Grammatica tropis numerantur, ut hoc ipsum, quod dixi fluctuare segetes. Ex hoc genere sunt etiam illa quæ ex toto partem, aut ex parte totum significant: in hunc modum, ut decenter uerborum habeant propinquitatem. Hæc enim similitudinis genere placuit includi. Per contrarium uerba dicuntur, quando contra quod dicimus, accipiuntur: ut Parcas dicimus fata, cum non percant: ex lucum, cum non luceat. Hoc Grammatici ~~κατεριφπαοι~~ vocant. Per differentiam aliena uerba sunt, cum siue ulla ratione ex alijs assumuntur, ut si hominem neq; corpore durum, neq; ingenio stolidum lapidem dicamus, sed bis uti non cōuenit. Stultū enim est aut nihil significātia uerba, aut nimis aliena proferre. Proprijs autem ex similibus ex contrarijs uti phas est.

Quid sit substantia.

Antequām de hac dicam, quedam docenda sunt. Omne quicquid dicimus, aut subiectum est, aut de subiecto, aut in subiecto. Subiectum est prima substance, quod ipsum nulli accidit. Alij inseparabiliter. Et tamen alia accidunt, ut Cicero est nomen, sed quod eo nomine significat, de subiecto est: quod de ipso subiecto dicitur, ex dat ei ex diffinitionem suam, ex nomine, ut homo. Nam ex homo Cicero est, ex animal rationale mortale. Ita ex nomen, ex diffinitione, que est de subiecto, eidem subiecto accepit: ideoq; hoc, quod de subiecto.

Subiecto dicitur in generibus, uel in formis inuenitur. In subiecto est, quod neque nomen, neque diffinitionem dat subiecto, sed in ipso subiecto ita esse intelligitur, in sine eo esse non posse, ut Rhetorica. Nam nec nomen eius potest subiectum recipere, nec diffinitionem. Neque enim aut Rhetorica Cicero, aut bene dicendi scientia Cicero, in eo autem intelligitur, cum id ipse uocari non possit.

Quid de subiecto & in subiecto.

DE subiecto & in subiecto est, ut disciplina. Nam deadē Rhetoricae de subiecto est, Ciceroni in subiecto, Prima ergo substantia subiectum est. Secunda quae de ipsa prima dicitur, ut sit Cicero prima substantia homo, & animal secunda. Iam in subiecto omnes consequentes prædicationes esse intelliguntur: itaq; de singulis uideamus.

Quid qualitas.

Qualitas est secundum quam dicimus quale est, ut candor. Et ex hoc intelligi licet; et qualitatem in subiecta esse, cum candor necessario in aliquo sit, sine quo esse non posse, utiq; ipsum aliquid in quo est, subiectum est.

Quid quantitas.

Quantitas est secundū quam dicimus quantū est, ut bipedale. Etiā ista in subiecto intelligi necesse est.

Quid Relatiuum.

Relatiuum est, quod ad aliquid uocant, ut pater, frater. Et hac utiq; ita in subiecto sunt: nā necesse est.

est, ut hæc nomina ad aliquid sint, et nonnulla sunt, de quibus dicantur. Illa que dicuntur, in anima ui= debuntur.

Quid Loci.

Quid loci, id est, quod dicimus Romæ, Roma sub= stantia est, ipsi Romæ hoc accidit.

Quid Temporis.

Quid temporis, ut heri, nuper, uestperi. Quorum motu tempus intelligitur, substantie sunt, ut sol, cuius cursu tempus intelligimus, et que aliquam intelligentiam morulæ in nobis faciunt. Quid situs, utputa iacet, sedet. Quid habitus, ut calcatus, armatus. Quid facere, ut secare, urere. Quid pati, ut secari, uri.

Quid Substantia iterum.

Substantia est homo, et hæc illi accidit. Vel ali= ster, Secunda substantia est, que pertinet ad inuisi= bilia. Prima substantia est, que nec in subiecto insepa= rabiliter, neque de illo subiecto prædicatur. Insepa= rabiliter autem ad hoc diffimitioni adiectum est, quod omnis prima substantia quamvis in loco aliquo sit, ta= men ab eo separari et migrare potest, ut Cicero ita in curia esse intelligitur, ut inde possit aliquò discedere. Et pars primæ substantie, quamvis in toto sit, non tamen inseparabiliter. Nam siue re ipsa, siue cogitatione se= parari à corpore nostro brachium potest. At uero Rhei= torica ita est in animo Ciceronis, ut etiam si aliquo ca= su esse destiterit, non tamen intelligatur migrare, quoniam nec cum esse cœperit, intelligitur aduenisse.

Quid

Quid Secunda.

Secunda substantia est, quæ de prima, ut dictum est. Sprædicatur, ut homo de Cicerone, et animal de homine et Cicerone. Et quicquid genus est prime substantie, secunda substantia esse intelligitur. Ita ergo substantijs omnibus cōmune est nō esse in subiecto. Primo uero, nec de subiecto est substātia, nec intēdi, nec remitti potest, id est, recipere magis et minus. Siquidem nemo homine alio magis homo est, et nec ipse unus homo magis erit homo, quam hodie fuit, et in diuersis non magis equus, equus est, quam homo, homo. Hoc autem obseruandum est in substantijs inter consortes suas, id est, ut primam primæ comparēs, secundam secundæ. Nam si secundā primæ comparēs, magis substantia est prima quam secunda. Prima enim rem magis declarat. Secunda uero habet quandam communionum ambiguitatem. Nam cum dico Cicero, iam quoddam individuum, certumq; significo. Cum dico homo, quoniam cuncti sumus huic appellationi subditi, incertum est, quem significem. Ita ergo fit, ut magis sit substantia prima, quam secunda, quia rem certius ostendit. Magis ergo et minus substantia non recipit inter consortes suas. Item substantia contrarium nihil habet. Nam nihil homini, aut equo contrarium, sed si quis dixerit, Clodium Ciceroni fuisse contrarium, intelligit non ipsas substantias fuisse contrarias, sed qualitates quæ in ipsis erant, ut malitiam bonitati, aut uitium uirtuti, aut iniustitiā iustitiae. Videtur autē substātiae propriū, quod una, eadēq; capax est cōtrariorū quadā sui permutatione, ut lapis, cum

idec;

idē sit, potest nūc albus esse, nūc niger: idē tamē lapis esse non definit. Et Cicero primō stultus, postea sapiens, idem tamen Cicero esse non definit.

De Qualitate.

Qualitatem esse diximus, secundum quam dicimur quales. Qualitatum forma una est, in qua dispositio quædam ex habitus mentis esse intel ligitur, ut in omnibus perceptis artibus. Sapientia, Grammatica, Rhetorica, cæterisq; que ita hærent animo, ut difficile amitti possint. Sed in his aliqua perfecta sunt, aliqua imperfecta: ut si quis Grammaticæ arti operam dederit, in plerisq; tamen fallatur. Nondum potest dici habitus, sed tamen dicitur dispositio. Ita non omnis dispositio habitus, omnis autem habitus dispositio esse intel ligitur. Secunda species est earum qualitatum, quas recte passibiles dixerimus, ut dulce, atq; amarum, calidum uel frigidum. Non quòd ex his eadem substantiæ aliquid pati cogant. Cogit enim aliquid pati, ut tangentem ca lorum, ex dulcedo gustantem. Item que nobis ex aliqua pas sione naturæ inoleuerint, secundum quas pallidus quisq; uel ruber dicitur, non tamen ita, ut quis aliqua repētina causa uel pallet, uel rubet. Nà ipsæ passiones rectius non qualitates appellatur. Siquidē secundū has non dicimur quales. Non enim sequitur, ut qui pallet, sit pallidus, aut qui amat, sit amator: aut qui est ebrius, ebriosus. Illæ igitur passiones sunt, ex non qualitates. Tertiæ species est earum qualitatum, quæ non ex eo quòd iam quisq; est, sed ex eo, quod esse potest, intelliguntur, ut dicimus fragile lignum, non quòd iam fractum sit, sed quòd

quod frangi possit. Nam ex palestricum corpus, duobus modis dicimus, ex id quod palestra compositum est, ex id quod natura ita formatum, et huic arti accommodatum sit, quamvis ea non sit imbutum, illud tamen à palestra re ète dicitur palestricum, quod ipsius artis habet effectū. Non autem inuenitur ipsius qualitatis nomen, unde sit de nominatum ex deriuatum palestricum illud, quod nondum est, sed esse potest. Quare cognoscendum est, dici quasdam sustantias ex qualitatibus, quarum nomina non inueniuntur. Nam, ut bonum dicimus à bonitate, non ita optimum ab optimitate. Ita ergo palestricum, quod intelligimus ex eo quo percipere possit palestram, non habet certum qualitatis nomen, ex quo dictum uidetur, constat tamen à qualitate esse dictum. Quarta species earum qualitatum, secundum quas formas, figurāsque intelligimus, ut quadrum, rotundum, pulchrum, deforme, ex similia. Recipit qualitas magis ex minus : nec tamen omnis. Nihil enim quadrum magis altero quadro, quadrū est. Magis autē aliquid cādido cādidiū dici potest. Et questio est in plerisque, utrum ne magis iustus altero dici possit. Plerique autem subtiliter uidentur attendisse, qui qualitates ipsas non dicunt recipere magis ex minus, sed ea, quae ab his denominatur, ut iustitia sit ipsa una quaedam perfecta notio, ut non dici possit magis hæc iustitia, quam illa est. Dici tamen potest magis hic iustus quam ille est. Item dici non potest magis hæc sanitas quam illa est: dici tamen potest magis sanus hic quam ille est. Ex quo fit, ut substantia non recipiat magis ex minus : qualitates quidem per ipsas substantias possint recipere. Item contrarium qualitas habet,

nec

nec tamen omnis. Nam sanitati cum sit imbecillitas contraria, nihil est quadro rotundum contrarium. Videntur autem, quoniam quicquid contrarium qualitate est, qualitas sit, necesse est. Dulcedo autem qualitas, qualitas igitur amaritudo, et similia.

De Quantitate.

Quantitas bipartita est, quod alia discreta est, alia cōtinua. Discreta, ut numeri, et orationes. Continua, ut lineae, ac tempus. Item alia quantitatis diuisio est, quod alia situm quandam partium habet, alia non habet. Nam linea situ quodam partium intelligitur. Siquidem dici potest quae pars eius quo loco sit, dextramque, ac sinistram uidetur habere. At uero numerus, aut oratio, aut tempus nihil horum habent, quamvis ordinem habere possint, ut sit in his aliquid primum, et secundum, et ultimum, et medium, nihil tamen quod in loco intelligatur. Quantitas omnis caret contrario. Quid enim bipedali, tripedaliue contrarium? Et si quis dixerit contraria esse magis et minus, quae uidentur esse uerba quantitatis, sciat non esse diffinitam quantitatem. Itaque si dicat aliquid maius esse, uidetur esse ei contrarium, quod maius est. Si certum quæsinero, quo minus est, et responderit: quod tripedali apparet nihil esse contrarium. Ipsa autem quae sibi dicuntur maiora, et minora, relative dici manifestum est. Quodlibet enim minori comparatum maius est, idemque maiori comparatum minus est. Si igitur maius et minus contraria sunt, cogimur confiteri, quod ualde absurdum est, posse alicui rei uno tempore simul euenire contraria Rursus aliud absurdum

lum cogimur intelligere, unam eandemque rem sibi esse contrariam. Siquidem res una diuersis quantitatibus comparata, potest eodem tempore maior et minor. Quantitas non recipit maius et minus. Non enim inque magis quinque sunt, quam duo duo, aut itē duo gis alijs duobus duo sunt, aut magis cras duo erunt, am bodie sunt. Est autem proprium quantitatis, quod secundum hanc dicimus par et impar, ut qualitatis proprium est, quod secundum hanc dicimus simile atque dismilius, quamvis diuersis rebus utrumque licet abusiuè surpari.

Quid Relatiuum.

Relatiuum est, quod hoc ipsum, quod dicitur alicuius est, uel ad aliquid quolibet modo referri potest, ut filius non sine patre uel matre, et seruus non sine domino potest intelligi, neque sine his illi uicissim. Dicuntur autem relativa tribus modis. Aut alicuius, ut filius: aut alicui ut uicinus: aut ad aliquid, ut duplum, quoniam duplum ad aliquid simplum est. Omnia relativa his ad quae referuntur, uice mutua respondent. Nam quemadmodum filius patris filius est, sic pater, filij alicuius pater est. Et respondent ita, ut aliqua iisdem casibus respondant, aliqua casus mutent. Nam quod de filio dixi, idem de seruo dicere possumus. Quoniam seruus domini seruus est, et dominus serui dominus. Haec ita sibi respondent, ut eosdem casus in conuersione custodian. Ita quoque duplum ad simplum est, ita maiorem minore aliquo maior est, et minor maiore aliquo minor est. Manifestum est ergo ita casus in conuersione seruare. At uero scientia

i

cum

cum sit relativa: alicuius enim rei scibilis scientia est, in conuersione ad id quod refertur, casum mutat. Nam quod dicimus scientia scibilis rei est, non possumus dicere scibilis res scientie est, sed scibilis res scientia scibilis est. Item sensus alicuius rei sensibilis sensus est. Contra sensibilis res, sensu sensibilis est. Hæc ergo non ut que sunt predicta sunt, seruatis hisdem casibus sed mutatis convertuntur. Quædam relativa his, ad quæ referuntur, et in tempore concordant, ea' que simul esse incipiunt, simul desinunt, ut seruus esse non potest, nisi cum esse cœperit dominus. Et cum dominus esse desierit, seruus esse desiit. Et item dominus cum seruum non habuerit, dominus dici non potest. At uero noscibilis res prior est natura quam notio. Nam si noscibilia tollas, notio non erit. At uero si notionem tollas, potest aliquid esse noscibile, quamvis desit ille, qui nouit. Relativa possunt habere contraria, sed non omnia. Namque inscientiae scientia contraria, inimicitiae amicitia. At uero duplo nihil contrarium, neque maiori uel minori, quia quisquis ista contraria putauerit, cogitur confiteri unam eandem quem uno atq; eodem tempore posse sibi esse contrariam: siquidem maior minor comparatus maior est. Item que maiori comparatus minor est uno atque eodem tempore, quod contrarijs euenire nullo modo potest. Nam quo tempore homo stultus non eodem tempore sapiens esse potest. Neque quo tempore albus est, eodem tempore niger esse potest. Quod quia euenire non posse in maiore et minore ostendimus, fateamur necesse est maius et minus non esse contrarium. Ita duplum simpliciter non esse contrarium, quoniam hoc idem duplū potest esse ad

ad aliquid simulum. Non igitur omnia relativa possunt habere contrarium. Item maius et minus quedam recipiunt, quedam non. Nam magis hic amicus illo est, hoc magis duplum illo duplo esse non potest: propterea quia si duplum est, ita duplum est, ut plus aliquid minus sit fuerit, non sit duplum. Quæritur utrum aliqua substantia dici possit relatiuè, sed de prima substantia dici non posse relatiuè, nulla quæstio est. Non enim Cicero alicuius dici potest, aut ad aliquid referri. Item equus iam quis equus, ut Rhœbus nō alicuius est hoc ipso, quod Rhœbus est, sed quod iumentum est, alicuius iumentum est. Non ergo prima substantia relatiuè dici potest, neque pars eius quelibet, quæ siue dubio ipsa prima substantia est. Nam quemadmodum Cicero prima substantia est, ita manus eius: manus uero non eius, sed specialiter manus. Secundæ etiam substantiæ relatiuè dici non possunt. Non enim sua conuersione respondent, ut si dicamus, Manus Ciceronis, non Cicero manus Cicero est, neque ipsa manus ob hoc manus quia Ciceronis est, sed quia ita affecta est, manus dicitur, non quod alicuius sit. Non ergo ut diximus, prima substantia, neque partes eius relatiuè dici possunt. Quæritur ergo de partibus secundæ substantiæ. Nam de ipsa substantia nulla quæstio est. Nō enim homo alicuius homo, sed manus specialiter alicuius hominis manus est. Et ut mutata conuersione respondeat, alicuius manuatus manus est, ut possumus ita conuertere, quia et manuatum aliquid manu manuatū est. Itē ungula nō primæ substantie ungula, sed alicuius ungulati ungula, quia et ungulatū aliquid ungula ungulatū, ut mutuū possit habere conuersionem.

quod relativis esse diximus proprium. Si ergo maneat illa relatiuorum diffinitio, ut relatiuum sit quicquid alicuius dici potest, difficile resistimus, dici partes secundarum substantiarum relativae. Si uero illa diffinitio est mutata, ita ut relatiua sint ea que ad aliquid referuntur, excepto eo, quod in aliquo sunt, nulla incidit in hanc diffinitionem substantia. Quemadmodum seruitus, excepto eo, quod in eodem seruo est, idem in aliquo homine refertur ad dominum. At uero penna ita pennati alicuius pena est, ut excepto eo, quod in aliquo penato est, ad nihilum referri possit. Sanè admonendi sumus, ne nos pudeat uerba noua facere pro necessitate conuersationis. Nam si mutua conuersio non respondeat, non relativè nunciamus hoc modo: Cum dico pennam, uolens tam ostendere relatiuam, non me pudeat pennatum aliquid propter conuersationem dicere. Est enim pennatum ita usitatum, ut aures non offendat. Si de pede agatur, non pudeat simili deriuatione fingere notum conuersione uerbum. Item scire oportet cum qui relatiuum aliquid, ad quid referatur, ignorat: nec omnino utrum ad aliquid referri possit id, quod dicit, scire posse, hoc modo: cum dicas, hoc duplum est, nosti simplicem eius, id est, ad quod duplum sit. Aut si illud ignoras, nec omnino utrum duplum sit, scire potes.

Quid Facere & pati.

Facere et pati possunt habere contrarium, ut calefacere, refrigerare, et calefieri, et refrigerari. Habet etiam magis et minus, ut magis et minus uicare, magis et minus uriri.

Quid

Quid Situs.

Situs omnis denominatiū dicitur, ut sedere à seſſione, ſtare ab statione. Et quāuis nonnūquām nomina deficiant, ex quibus ſitus denominatur, ratio tamen non deficit.

De tribus, que reſtant, id eſt,
Quando. Vbi, & Habere.

De illis tribus, que reſtant, ſupradicta exēpla ſufficiunt. Quando enim dicimus tempus, ut heri, cras: Vbi, ut Rome, Athenis. Habitum, ut calciatum, armatum, quid horum recipiat magis eꝝ minus, cum in ſermone inciderit, facilis appetat. Iſtæ ſunt decem predicationes, ex quibus aliquid necessariō ſingulatim enunciamus. Nam quicquid omnino dixerimus: quod aliquid significet: nondum tamen intelligi poſit, an uerum an falſum ſit, unum eſt de his decem, exceptis dūtaxat illis uerborum quodāmodo articulis. Sunt enim pleraq; à Grammaticis in orationis partibus enunciata, que omnino non per ſe nihil ualent; aut aliquid significant plenum, niſi eum fuerint uerbis adiuncta, ut coniunctiones, eꝝ præfitiones, eꝝ quicquid tale illi docent.

De Oppoſitīs.

Refat ut de oppositis dicamus. Sunt autem oppoſita, que ſibi ueluti ex aduerso uidentur obſtēre, ut contraria: nec tamen omnia que opponuntur, ſibi contraria ſunt, ſed omnia contraria oppoſita ſunt. Opponuntur autem ſibi ita, ut aut relativa opponantur, ut magnum paruo, eꝝ dimidium duplo. Aut con-

i 3 traria,

traria, ut stultitia sapietiae. Aut ut habitus orbationi, ut cernentia cætitati. Aut ut aientia negationi, ut Cicero disputat, Cicero non disputat. Hæc autem inier se nonnihil differunt. Nam relatiuum relatiuo ita opponitur, ut hoc ipsum quod opponitur eius sit cui opponitur, aut ad id quocunq; modo referatur. Nam dimidium opponitur duplo, & eiusdem dupli dimidium est. Ita ergo illi opponitur, ut eius sit, cui opponitur. Et paruum opponitur magno, ut eius sit ita ut ipsum paruum ad hoc magnum, cui opponitur paruum sit. Contraria uero ita sibi opponuntur, ut non eorum sint, quibus opponuntur, sed ad ea quocunq; modo referantur. Siquidem stultitie sapientia ita contraria est, ut non eiusdem sapientiae stultitia sit, sed ut ad illam sit stultitia. Sciendum est tamen quedam contraria mediū habere, quedam non habere. Namq; sunt alia, que ita, ut in ea re, in qua esse possunt, alterutra uice necessario insint, & medio careant, ut sanitas ex imbecillitas. Hæc duo contraria natura insunt corporibus animalium, atque ita uice alterutra necessario insunt, ut diximus, ut in quo animalis corpore sanitas non est, necessario imbecillitas sit. Et in quo imbecillitas non est, necessario sanitas sit. At uero candidum & nigrum cum sint contraria, & naturaliter in corporibus inueniantur, propterea medio non carent: quia non est necesse corpus aliquod candidum esse, aut nigrum. Potest enim ita deesse candidum, ut non sit nigrum, atq; hoc modo ex aliqua parte. Ergo color aliquis medius inueniri potest, ut luteus, uel uiridis. Habitum & orbatio ita sibi opponuntur, ut in ea re, cui eueniire possunt, alterum eorum necessario

rīo infit: ex illo duntaxat tēpore, quo ea natura eſe per-
 mittit, ut dentatum cum dicimus, qui dentes habet. Eden-
 tulum uero non illum dicimus, qui dentes non habet, sed
 cui natura inest, ut habeat ex illo tempore, quo iam na-
 tura permittit, ut habeat. Nam neque lapidem rectē di-
 cimus edentulam, qui nunquam dentes habet. Neque in-
 fantem, qui quāmis aliquando habere posſit: nondum
 tamen illo tempore ut habeat natura permittit. Hoc era-
 go tertium genus oppositorum differt à primo relatio-
 rum, eò quod cernentia ita opponitur cæcitati, ut eius-
 dem cæcitatris non sit, aut ad eam quodammodo refera-
 tur. A secundo genere, id est contrariorum illud differt
 ab his duntaxat contrarijs que non habent mediū, quod
 cernentia et cæcitas intelliguntur, ut erga oculos alte-
 rum eorum necessariò non sit. Ergo hoc differunt ab his
 contrarijs, que habent medium, quia illorum alterum
 non necessariò inest substantiæ: horum autem medium ne-
 cessariò. Ab his non contrarijs, que medio carent, hæc
 ipsa opposita differunt, quod illa rei, cui natura insunt
 omni tempore alterutra uice accedant, necesse est, ut cor-
 pori animalis sanitas et imbecillitas. Alterum eorū sem-
 per est in corpore animalis. Hæc aut̄ posſunt aliquo tem-
 pore ei rei, cui natura inesse posſunt, utriusque deesse ali-
 quando, ut infans, dum nondum tempus est, quo dentes
 habere posſit, neque dentatus, neque edentulus dicitur.
 Et oculi alicuius animantis nondum adueniente tempore
 quo uidere posſent, neque cæci, neque uidentes dicuntur:
 et tunc aliquid medium non contrariorum, que medio
 carent, due species sunt, id est, eorum que alterutra ui-
 ce accedunt rei, in qua eſe posſunt, nullo medio
 intercedente,

intercedente, ut sanitas et imbecillitas. Et eorum, quae simul esse possunt substantiae, in qua non simul esse possunt, et tunc cum simul desunt, nihil medium intercedit, ut cernentia et cæcitas, vel habitus et orbitas. Quare genus oppositorum est: aientia et negantia, ut Cicero disputat, Cicero non disputat. Hæc à superioribus differunt, quod illa singulatim dici possunt, hæc non nisi conexè dicuntur. A' relatiuis hoc differunt, quod illa etiam relatiue dicuntur: hæc autem non relatiue. Non enim disputans ad non disputantem refertur. A' contrarijs hoc differunt, quod illa si connexè dicantur, tandem aut uera, aut falsa sunt, quamdiu est illud, in quo inesse possunt. Cum autem hoc esse destiterit, neque uera, neque falsa sunt, ut stultus est ille, et sapiens est ille quamdiu uiuit. Horum alterum uerum est, cum ipse esse destiterit, utraque falsa sunt, quia ille qui non est, neque stultus, neque sapiens esse potest. At uero, Cicero disputat, et Cicero non disputat: ita sibi opponuntur, ut et dum uiuit Cicero, alterum uero corum necessario sit, et ipso mortuo, falso est quidem, quod disputat. Verum tamen est, quod Cicero non disputat. Hoc enim modo discernuntur hec ab habitu atque oratione. Nam qui non est, neque cæcus est, neque uidens. Nec sanè mouere, quod uidemur iam de proloquijs aliquid dixisse, de quibus postea dicendum est. Hoc namque factum est occasione oppositorum.

Quid sit Nomen.

Nomen est quod quamlibet rem significat, et per casus fleti potest. Vel est, quod tam corpus quam rem significat.

Quid

Quid sit Verbum.

Verbū est quod aliquid significat, ex per tempora flecti potest, ut Cicero nomen, disputat uerbū. Hec ab inuicem separata, non nihil quidem significant. Verumtamen uel falsum dici nō possunt. Cum autem fuerit coniuncta, iam possunt ex affirmari ex negari, ut Cicero disputat, iam dici potest, Cicero non disputat. Eſe autem debet nominatiuus casus nominis, ex tertia uerbi persona. Prima persona significat aliquid, quod iam negari uel affirmari possit. Et in hominem tantum cadit. In ea autem intelligitur nomen: etiā si non dicatur, ut dispu-to, plenum est: etiam si non dicam ego. Item secunda persona, ex ipsa iam ueritati aut falsitati obnoxia est. Sed etiam ipsa in hominē cadit, ex ei nec rectè dicimus dispu-tas, qui nec audire, nec intelligere quod dicitur, potest. Ergo ex hoc cum dicatur sine nomine, tamen ibi nomen intelligitur. Aliter figuratè utimur siue prima, siue secunda persona, ut aut loquentem eum inducas, qui loqui non potest, aut ad eum conuertamus orationem, qui neque audire, neque intelligere potest. Tertia uero persona nō hominis tantum est, sed aliarum etiam rerum, ex simul ac dicta fuerit, non continuò intelligitur, nisi forte de eo dicatur aliquid, quod de eo solo potest intelligi, ut cum dicimus pluit. Pluit iam potest eſe uerum aut falsum, cū non addamus nomen, quia notum est quod pluia. Cum uero dicimus disputat, cum aliquid iam significet, non tamen uerum aut falsum dici potest, si nomen non addatur. Et quamuis de homine hoc tantum posse intelligi, quia non de uno dici potest, necessariò subdendum est

i 5 nomen.

nomen. Et resistit cum dicimus, *tertia uerbi persona est*, exigit nomen non hominis tantum, sed cuiuslibet, quod resistere potest. Prima igitur ex secunda persona, ex de homine tantum possunt intelligi, ex sola dicta, possunt aut uerè, aut falso duci, quia cum bis etiam nomina intelliguntur. Tertia uero ex non omnis sola dici potest, ex non de solo homine intelligitur. Quod ergo fuerit ex nominatio casu nominis ex tertia uerbi persona coniunctu proloquium dicitur, ita ut etiam necessario aut uerum sit, aut falsum, aut dubium. Namque homo animal est, omnes iudicamus uerum esse, ex omni animal homo est, omnes iudicamus falsum. Dubium, ille disputat: quamvis necessario aut disputet, aut non disputet: nobis tamen dubium est alterum, quia nihil horum intelligimus necessarium esse, sed quid horum sit, nescimus. Vbi uero illa uerba sunt, que impersonalia dicuntur, non ex nominatio casu impletur sententia, sed alios casus recipit, ut disputatur cum dicitur, plena sententia est si ablutiuum adiungas, hoc est à Cice. Et poenitet cum dicitur plena sententia est, si accusatiuum iungas, id est, Ciceronem, ex sunt multa alia. Illud tamen constat personalia uerba non impletre sententiam, nisi cū nominatio casu, ex tertia uerbi persona. Sunt etiam sententiae que quamvis constent ex nomine ex uerbo, affirmari tamen aut negari non possunt: que non proloquia, sed eloquia dici nonnullis placevit, ut est modus imperatiuus. Cum dicimus curre, iam plena sententia est. Nam nec solum intelligi, sed etiam fieri potest, quod dicas, tamen negari non potest. Non enim hoc negat qui dixerit, noli currere. Hoc enim non est aduersum ei, quod dictum est curre, ut hoc sit uerum, illud

illud falsum, ut possit nasci quæstio. Nam de aientia ex negatione quæstio sine dubio nascitur, ut ille currit, ille non currit. Quæstio est, utrum currat, uel non currat. Curre autem, ex noli currere, nō facit quæstionē utrum currat. Nulla quidem quæstio hic potest intelligi, utrum currere debeat. Hoc enim ex aientia ex negatione natum est, ut currere debet, ex currere nō debet: hoc facit optatus modus. Cum enim plena sit sententia, cum dicimus, utimam scribam, ex utimam non scribam, non potest hinc nasci quæstio, utrum scribat, sed pleraque talia sunt: hæc ad exemplum sufficient. Quod ergo fuerit iunctum ex nomine ex uerbo, si plenum nomen ex plenum uerbum sit, necessariò facit sententiam, sed non necessariò facit proloquium. Si enim est, quod iam est, affirmari ex negari potest. Et prædiximus multa dici plena sententia, quem tamen affirmari non possunt, ex negari non possint. Plenum igitur proloquium est, omnis homo animal est. Et quæcumuis natura illud exigat, ut primò nomen, ex postea uerbum dicatur, ut dictum est, nō definit uerum esse proloquium: etiā si dicas, animal est omnis homò. Quicquid accesserit huic sententiæ, cui parti accedat, diligenter uideendum est.

Quid sit Declaratiuè, & quid Subiectiuè.

Nam sunt proloquij partes duæ, quæ in nomine una subiectua dicitur, quæ in uerbo altera declaratiua dicitur. Subiectum enim quid sit, ex declaratur, quid de illo possit intelligi. Cū ergo dicimus, Cicero disputat. Si accedat huic nomine in Tusculano, declaratiuè accessit! Si accedat Romanus subiectiuè. Itē si accedat prudenter et copiose, declaratiuè.

declaratiū. Si dicitur cum Catone, declaratiū acceſſit. Quicquid igitur nominatiuo caſu accedit, ſubiectiuē acceſſit. Quicquid declaratiū accedit, uarijs caſibus ex modis accedit. Nam ſubiectiuē non poſſunt alijs caſus acceſſere, declaratiū non niſi uarij, excepto nominatiuo. Illud tamē ſciendū poſſe fieri, ut uerbi fit in ſubiectiuā, nomen in declaratiua: ſed ita uerbi in ſubiectiuā, ut ali- quod pronomē ſecū uice nominis teneat. Ita etiā nomen eft in declaratiua, ut teneat ſecū aliquod uerbi, ex quo eius uicem impleat. Velut ſi dicamus, qui diſputat, Cicero eft, qui diſputat, ſubiectiuā eft: Cicero eft declaratiua: ſed illam ſubiectiuā pronomē facit, hanc declaratiuā uerbum. In hac igitur parte illud dicimus, quem admodum iuncta ſunt, nec tamen poſſunt plenam facere ſententiam, ex ſi faciunt, quemadmodum ueritati ex falſitati non ſint obnoxiae ſententiae, quamuis ſint plene: ex quemadmodum ad id perueniat, ut iam non ſolum plena ſententia fit, ſed etiam neceſſariō uera, aut falſa.

Quid ſit Proloquium.

Tertia pars ſequitur, in qua dicendum iam eft de iphis proloquijs, ad quorum intellectum in ſupe- riori parte peruenimus. Proloquia igitur differentias habent binas, in quantitate ex qualitate. Quantitatis differentia eft, quod alia ſunt uniuersalia, alia particula- ria, alia indeſinata. Uniuersale eft, ut omnis homo ani- mal eft. Particularē, ut quidam homo ambulat. Indeſinata, ut homo ambulat. Quod igitur indeſinatē di- cimus, neceſſariō particulariter accipimus, nō neceſſariō uniuer-

uniuersaliter. Quoniam id potissimum numerandum, quod securum habet intellectum, indefinitum pro particuliari accipitur. Erunt ergo due differentiae in quantitate, quod aliud est uniuersale proloquium, aliud particulare. In qualitate item due, quarum altera dedicativa, altera abdicativa. Dedicatum est, ut omnis uoluptas bonum. Abdicatum, omnis uoluptas non bonum.

Quomodo conuertantur.

VNIERSALE igitur dedicatum non necessariò sequitur conuersio. Non enim, si omnis homo animal est, omne animal homo est. Vniuersale autem abdicatum necessariò sequitur conuersio. Si enim omnis uoluptas bonum non est, omne bonum non est uoluptas. Et si omnis homo non est animal mutum, omne animal mutum non est homo. Particulare autem dedicatum habet necessariò cōversionem. Nam si quidam homo animal est, quoddam animal homo est. Particulare uero abdicatum non habet necessariam conuersionem. Non enim, si quoddam animal non est rationale, quoddam rationale non est animal. Vniuersalis ergo dedicativa, ex particularis abdicativa non necessariò recurrent. Vniuersalis autem abdicativa ex particularis dedicativa necessariò conuertuntur. Ita tamen, ut facta conuersione, in dedicativa particula negatione maneat. Nam utique conuersio ita fit, ut que particula fuit declarativa, eadem subiectiva sit. Ergo cum dico, omnis uoluptas bonum non est, omnis uoluptas subiectiva, bonum non est, declarativa. Si conuertam,

conuertans, omne bonum uoluptas non est, facta est quidem subiectua, que fuit declaratiua, negatio tamen banc particulam tenet, que facta est declaratiua. Et si uelim sic dicere, nulla uoluptas bonum est, conuertendum est sic, nullum bonum uoluptas est. Sed propter duo proloquia, que diximus non necessariò conuerti, debemus intelligere omnia, que proloquijs attribuiuntur, per que rectè, aut non rectè proponi possunt, ut uerum aut falsum possint ostendere. Hec autem quinque sunt iam superius demonstrata, Genus, Species. Differentia, Accidens, Proprium. Ex his duo sunt, que faciunt illa proloquia recurrere, alia tria nullo modo. Namque, ut omnis homo animal est rationale mortale, ita omne animal rationale mortale homo est. Et quemadmodum omnis homo risibilis est, ita omne risibile homo est. Rursum in particulari abdicatiua uidendum est, quid sit proprium non esse, ut enim proprium est hominis esse risibile, ita proprium est risibile non esse præter hominem. Ergo si particula re abdicatiuum proponamus sic, quiddam risibile non est præter hominem, recurrit sine dubio quiddam præter hominem non esse risibile. Item quiddam inanimum irrationale immortale non est homo, quidam homo non est inanimum irrationale immortale. Item sunt aliæ conuersiones, que faciunt easdem proloquiorum particulas indefinitas esse negatione, scilicet de loco migrante. Nam particule indefinitæ sunt hoc modo, homo non homo, animal non animal. Et ideo indefinitum est, quia negas tantum hoc esse, iam non dicas quid sit. Cum ergo dico, omnis homo

homo animal est, si uelim recte conuertere, adhibeo negationes, ut fiant particule indefinite. Si enim uerum est omnis homo est animal, ex uerum est, omne non animal non homo. Hac conuersione usus est in Rheticis Cicero. Deinde si constitutio, ex ipsa pars constitutionis eius quelibet intentionis depulsio est, quae intentionis depulsio non est, ea nec constitutio est, nec pars constitutionis. Item particularis abdicatiua potest hoc modo conuerti. Si enim quoddam animal homo non est, quodam non homo animal est. Et in hac conuersione obseruandum est, ubi non est negatio, cum directo proponimus, ibi fit dum conuertimus. Hanc uicissim conuersiōnem recipiunt duo proloquia, quae illam primam non recipiebant. Solum uniuersale abdicatiuum non aliam recipit. Vocetur ergo, docendi causa, illa prima conuersio: hæc secunda. Hæc autem proloquia quemadmodum inter se affecta sint, hoc modo manifestius apparebit.

De Affectis inter se.

*Q*uatuor lineis quadrata formula exprimatur, in primo angulo superioris linea scribatur uniuersalis dedicatiua, et in alio eiusdem angulo uniuersalis abdicatiua. Item infra ad primum angulum inferioris linea particularis dedicatiua, ad angulum reliquum particularis abdicatiua. Deinde ducant angulares lineas, et ab uniuersali dedicatiua ad particularem abdicatiuam, et ab uniuersali abdicatiua ad particularem dedicatiuam.

Vniuersalia

Vniuersalis dedicatio a. Vniuersalis abdicatio.
Ois noluptas bonū est. Ois noluptas bonū nō est.

Simul affirmari non possunt.
Simul negari non possunt.

Omis noluptas bonum est.
Omis noluptas bonum nō est.

Simul affirmari possunt.
Simul negari non possunt.

quedam noluptas bonum est.

Particularis dedicatio. particularis abdicatio.
qdā noluptas bonū ē. qdā noluptas bonū nō est.

Omis noluptas bonū est.
Nec simul affirmari.

Omis noluptas bonum non est.
Nec simul negari.

Qdā noluptas bonū nō est.
Nec simul negari possunt.

Simul affirmari non possunt.
Simul negari non possunt.
Quedam noluptas bonum nō est.
Simul affirmari non possunt.

Due igitur superiores simul cōfirmari non possunt,
simul negari possunt. Nam non potest simul uerum esse,
omnis noluptas bonum est, ex omnis noluptas non est bo-
num. Possunt autem simul esse, non omnis noluptas bonū
est, non omnis noluptas non est bonum. Due uero infe-
riores uicissim simul negari non possunt, simul cōforma-
ri possunt.

ri possunt. Nam non utique potest simul negari, non quædam uoluptas bonum esse: et non quædam uoluptas non bonum esse. At uero potest et quædam uoluptas bonum esse, et quædam uoluptas bonum non esse. Angulares autem neque simul affirmari, neque simul negari possunt. Nam si uerum est, omnis uoluptas bonum esse, falsum est, quædam uoluptas non esse bonum. Nam si uerum est, omnis uoluptas bonum est, falsum est, quædam uoluptas non est bonum. Item si uerum est, omnis uoluptas non est bonum, falsum est, quædam uoluptas est bonum. Hoc item contingit, si particularem uicissim nomines. Item si uerum est, quædam uoluptas non est bonum, falsum est, omnis uoluptas bonum est. Item si uerum est, quædam uoluptas bonum est, falsum est, omnis uoluptas non est bonum. Item uniuersalis dedicativa confirmata, particularem suam necessariò confirmat, negata non necessariò eam negat. Nam si uerum est, omnis uoluptas bonum est, non necessariò uerum est, quædam uoluptas bonum est. At uero si superiore negem, hoc modo, non omnis uoluptas bonum est, potest fieri, ut quædam uoluptas bonum sit. Particularis item dedicativa, confirmata non necessariò uniuersalem suam confirmat, negata necessariò illam negat. Nam si uerum est, quædam uoluptas bonum est, non sequitur, ut omnis etiam uoluptas bonum sit. Si uero quædam uoluptas bonum non est, falsum est, omnis uoluptas bonum est. In duabus reliquis hoc obseruabis.

Quid sit Sumptum, & quid illatio.

Plenam sententiam cum proposuerimus, aliquid ex ea uolentes efficere, et cum concepta fuerit, sumptum k dicitur.

dicitur. Huic etiam uni sententie alia certa ratione debet innecti, et utique propter id, quod inferre uolumus, concedenda. Et haec cum concessa fuerit, sumptum dicitur. Ex duobus sumptis ratione sibimet nexas, conficitur illatio. Quae illatio sumptum propterea dici non potest, quia non expectas, ut hoc etiam tibi aduersarius concedat, sed eo inuitio sequitur, si modò ratione seruata fuerit illatum. Et ut hoc planum fiat exēplo, putemus questionem esse: Vtrum uoluptas utilis sit. Si proponamus ita, omnis uoluptas bonum est, plena quidem sententia est, et sumptum efficitur, si hoc aduersarius concedat, quo concessso, adiungenda est alia sententia, omne autem bonum utile est. Si etiam hoc concesserit, efficitur sumptum. Ex quibus duobus sumptis etiam inuitio eo sequitur, omnis igitur uoluptas utilis est.

Quid sit syllogismus.

Hoc totum, quod constat ex duobus sumptis et illatione, ratiocinatio à nobis, à Gracis συλλογισμός appellatur. Est ergo ratiocinatio ex duobus pluribus uero concessis, ad id quod non conceditur, necessaria peruenatio. Possunt ergo plura esse sumpta, sed minus à duobus esse non possunt. Etenim est integræ ratiocinatio, si ad illud, quod uolumus ostendere, utile esse uoluptatem, tribus etiam sumptis peruenire uelimus, ut omnis uoluptas secundum naturam est, omne quod secundum naturam est, bonum est, omne bonum utile est, omnis igitur uoluptas utilis est. Ex hoc apparet plura etiam licere addere, si oportuerit. Nonnunquam etiam

etiam concludimus inferentes non quidem id quod conficitur, sed quod ex ipso, quod inferre debemus, necessariò conficitur, hoc modo. Omnis uirtus bonum est, omne bonum utile est, omnis igitur uirtus non nocet. Inferendum erat, omnis igitur uirtus utilis est. Et ex eo necessariò sequitur non nocere. Quod enim utile est, numquid nocet, Hoc à Græcis συμπερατούει dicitur, à nobis dici potest confinis conclusio. Ratiocinatio igitur siue propriū, ex suam siue confinem habens conclusionem, dividitur in duo genera, in prædicatiuum, ex conditio-

Quid sit prædicatiuum syllogismus.

PRÆDICATIŪS EST, IN QUO SUMPTA ITA SIBI INNEXA SUNT, ut aliquo extrinsecus addito suppleantur, ut hoc quod supradictum est, omnis uoluptas bonum est, omne bonum utile est. Videlicet itaque nec totum quod sumptum positum est dictum, sed unam inde partem sumptam declaratiuam, quæ secundo proloquio facta est subiectiuā, quod proloquium secundum, ut impleret sententiam, aliquid petiuit extrinsecus, id est, utile est. Huius illatio conficitur ex eo quod accepit, & ex eo, quod non est repetitum, id est, omnis igitur uoluptas utilis est. Huius generis tres formæ sunt. Prima est, in qua declaratiua particula superioris, sumpti sequentis efficitur subiectiuā, aut subiectiuā superioris. Declaratiua sequentis, declaratiua superioris, fit subiectiuā sequentis, ut in superiori proposito exemplo. Subiectiuā superioris fit de-

k 2 claratiua

claratiua sequentis. Si hoc modo uelis conuertere, omne bonum utile est, omnis uoluptas bonum est, omnis igitur uoluptas utilis est. Secunda forma est, in qua declaratiua superioris sumpti, eadem est etiam declaratiua sequentis, ut omnis uirtus bonum est, ex omnis uoluptas non est bonum, omnis igitur uoluptas non est uirtus. Tertia forma est, in qua subiectiuia superioris sumpti, eadem est etiam subiectiuia sequentis, ut quoddam bonum uoluptas est, omne bonum utile est, quoddam igitur utile est uoluptas. In prima forma ex uniuersaliter, ex particulariter, ex dedicatiuè, ex abdicatiuè concludi potest, in secunda forma nisi per contrarium concludi non potest. In tertia forma particulariter tantum concluditur. Quia propter non frustra hic ordo est scrutatus. Nam merito prima dicitur, in qua omni modo concludi potest. Secunda autem rectè, in qua potest concludi uniuersaliter, quamvis per contrarium. Tertia autem rectè, quia in qua:titate minor est, in qua nisi particulariter concludi non potest. Nunc dicendum est, singulae forme quot modos recipient. Nam recipiunt intra se certum numerum, extra quos modos quicquid conclusum fuerit, non est tecum concedendum. Recipit autem prima nouem modos, secunda quatuor, tertia sex.

Primus modus.

Primae forme primus modus est, in quo conficitur ex duobus uniuersalibus dedicatiuis, uniuersale dedicatiuum directim, ut est, omne iustum honestum, omne honestum bonum, omne igitur iustum bonum. Si reflexim inferas, omne igitur bonum iustum, non sequitur, sed particulariter potest inferri, quoddam igitur

tur bonum iustum, ex efficitur quintus modus. Secundus modus est, in quo conficitur ex uniuersali dedicatio, ex uniuersali abdicatio uniuersale abdicatio directim, ut est, omne iustū honestū, nullū honestū turpe, nullum igitur iustum turpe. Si reflectas, nullum igitur turpe iustum, efficitur sextus modus. Diximus enim supra uniuersale abdicatiuum posse conuerti. Tertius modus est, in quo conficitur ex particulari dedicatio, ex uniuersali dedicatio particularē dedicatio directim, ut est, quodam iustum honestum, omne honestum utile, quoddam igitur iustum utile. At si reflectens, efficitur septimus modus, quoddam igitur utile, iustum: quoniam supradictum est, particularē dedicatiuum posse conuerti. Quartus modus est, in quo conficitur ex particulari dedicatio, ex uniuersali abdicatio, particularē abdicatiuum directim: ut est, quoddam iustum honestum, nullum honestum turpe, quoddam igitur iustum non est turpe: reflecti non potest. Diximus enim supra particularē abdicatiuum non posse conuerti. Octauis modus est, in quo conficitur ex uniuersali abdicatio ex uniuersali dedicatio particularē abdicatio reflexim, ut est, nullum turpe honestum, omne honestum iustum, quoddam igitur iustum. nō est turpe. Nonus modus est, in quo conficitur ex uniuersali abdicatio, ex particulari dedicatio, particularē abdicatio reflexim, ut est, nullum turpe honestū, quoddā honestū iustum, quoddā igitur iustum nō est turpe.

De secundæ formæ primo modo.

Secunda forme primus modus est, in quo conficitur ex uniuersali dedicatio, ex uniuersali abdicatio,

uniuersale abdicatiuum directim, ut est, omne iustum honestum, nullum turpe honestum, nullum igitur iustum turpe. Hic reflexione si utaris, aliis modis non efficitur, quoniam de utrisq; sit subiectius illatio. Secundus modus est, in quo conficitur ex uniuersali abdicatiuo, et uniuersali dedicatiuo, uniuersale abdicatiuum directim, ut est, nullum turpe honestum, omne iustum honestum, nullum igitur turpe iustum. Tertius modus est, in quo conficitur ex particulari dedicatiuo, et uniuersali abdicatiuo, particulare abdicatiuum directim, ut est, quodam iustum honestum, nullum turpe honestum, quodam igitur iustum non est turpe. Quartus modus est, in quo conficitur ex particulari abdicatiuo, et uniuersali dedicatiuo particulare abdicatiuum directim, ut est, quoddam iustum non est turpe, omne malum turpe, quodam igitur iustum non est malum.

De primo modo tertiae formæ.

Tertiæ formæ primus modus est, in quo conficitur ex duobus uniuersalibus dedicatiuis, particulare dedicatiuum directim, ut est, omne iustum honestum, omne iustum bonum, quoddam igitur honestum bonum. Secundus modus est, in quo conficitur ex particulari dedicatiuo, et uniuersali dedicatiuo, particulare dedicatiuum directim, ut est, quoddam iustum honestum, omne iustum bonum, quoddam igitur honestum bonum. Tertius modus est, in quo conficitur ex uniuersali dedicatiuo, et particulari dedicatiuo, particula- re dedicatiuum item directim, ut est, omne honestum iustum, quoddam honestum bonum, quoddam igitur iustum

stum bonū. Quartus modus est, in quo conficitur ex uniuersali dedicatiuo, et uniuersali abdicatiuo, particula- re abdicatiuum directim, ut est, omne iustum honestum, nullum iustum malum, quoddam igitur honestum non est malum. Quintus modus est, in quo conficitur ex par- ticulari dedicatiuo, ex uniuersali abdicatiuo, particula- re abdicatiuum directim, ut est, quoddam iustū honestum, nullum iustum malum, quoddam igitur honestum non est malum. Sextus modus est, in quo conficitur ex uniuersali dedicatino, et particulari abdicatiuo, particula- re abdi- catium directim, ut est, omne iustum honestum, quod- dam iustum non est malum, quoddam igitur honestum non est malum. Omnes igitur modi certum ordinem te- nent, eiusdemque ordinis ratio est, quae in ipsis formis demonstrata est.

Quid sit conditionalis Syllogismus.

*C*onditionalis syllogismus est, cuius propositio, ex plenum argumētum, ex plenum id de quo quæstio est, continet, ita, ut aßumpto argumento iam certum in- ferri posse, de quo quæstio erat ad hunc modum. Ponan- mus quæstionem esse utrum sit utilis Rhetorica, et uolentes utilem probare, argumentum ab huius diffinitio- ne capiamus, quod est bene dicendi scientia. Ex huius ar- gumento ex illa quæstione, conditionalis syllogismus ponitur sic: Si Rhetorica est bene dicēdi sciētia, utilis est, Aßumimus argumentū ita. Est aut̄ Rhetorica bene dicē- di sciētia. Hæc duo qui concesserit, etiā inuitus concedat, necesse est, utilē esse Rhetoricam: quod erat dubium, an- tequam propositio, ex aßumptio concederetur. Nihil

tamen in assumptione accepit extrinsecus, quod est proprium praedicatiui syllogismi. Hic primus modus à dialecticis appellatur, qui est ab antecedentibus: propterea quoniam argumentum quemadmodum positum est, ita ex assumptione, hoc tantum modo differens, quod cum conditione positum est, ex sine conditione assumptione. Secundus modus est, qui appellatur à consequentibus, in quo ipsum argumentum questionem sequitur, non questione argumentum, hoc modo: Si non est Rhetorica utilis, non est bene dicendi scientia. Assumitur argumentum à contrario, id est per negationem sic: Est etiam bene dicendi scientia, utilis est igitur. Tertius modus est, qui appellatur à repugnantibus, in quo demonstratur, non posse simul hoc esse, ex illud non esse. In quo cum fuerit assumptionum unum, aliud necessariò tollitur id est, cum fuerit assumptionum esse, non esse tollatur, hoc modo, non est bene dicendi scientia Rhetorica, ex non est utilis. Est autem bene dicendi scientia, utilis est igitur. Confertum est utile esse, sublato eo, quod non esse utile propositum erat. Hi tres modi ex uno arguento possunt confici in unam rem omnes probare possunt. Nec interest in propositione, quam partem in primo ponas, utrum argumenti, utrum questionis, dum modo conditionis ratio conseruetur. Cum dixeris: Si Rhetorica est bene dicendi scientia, utilis est. Potest ex sic ponи, utilis est Rhetorica, si bene dicendi scientia est. Hoc etiam in duobus alijs experiri licet. Quartus modus est, qui per disunctionem efficitur, ita ut uno assumptione, aliud necessariò negatum sit, hoc modo: Aut sanus est, aut imbecillus, sanus est autem, non est igitur imbecillus. Quintus modus est, qui etiam per

per disiunctionem efficitur, ita ut uno negato, aliud necessariò negatum sit, hoc modo : Aut sanus est, aut imbecillus : non est autem sanus, igitur imbecillus est. Additi sunt alij duo modi, qui per argumentum istorum duorum fieri possunt : non tamen per disiunctionem, sed per negationem . Est ergo sextus modus, in quo demonstratur non posse simul et hoc esse, et illud . Assumitur per unius confirmationem : concluditur per alterius confirmationem hoc modo : Non est sanus, et imbecillus : sanus est autem, non igitur imbecillus . Septimus modus proponitur sic , et in eo assumitur , ut in quanto, atque ita concluditur ad rem facilius intelligendam . His quedam formae coniunguntur , ita ut rebus ipsis , non dictis ratiocinandi ius intelligatur . Est primi modi forma haec : Si primum, secundum : primum autem , secundum igitur . Secundi haec : Si non primum , non secundum , secundum autem , et primum igitur . Tertiij haec non et primum, et non secundum : primum autem , non igitur et secundum . Quarti haec : Aut primum, aut secundum : primum autem non, igitur secundum . Quinti haec . Aut primum, aut secundum , non autem primum, igitur secundum . Sexti haec . Non et primum et secundum, primum autem : non igitur secundum . Septimi haec . Non et primum et secundum : non primum autem : igitur secundum . Sciendum tamen haec ex uno argumen-
to posse fieri tres superiores modos, et ex uno argu-
mento alios quatuor . Huius autem ordinis ratio est, ut
primus modus sit, qui appellatur ab antecedentibus,
quia utique quod antecedit, prius est . Secundus, à con-

k s sequentibus

sequentibus eadem ratione, ut ipse nomine suo primum se debere sequi, etiam in ordine videatur ostendere. Res stat qui sit Tertius in eodem argumento à repugnabilius. Non enim possumus ad disjunctionem transfilire, quæ iam non potest ex eodem argumento fieri. Erit ergo Quartus modus quasi ad aliud argumentum primus. Et ibi utique antecedere debet, in quo per confirmationem assumitur, prior enim est confirmatio negatione. Quimus debet esse idem, sed per disjunctionem post eum, propterea, quia in eo per confirmationem, in hoc autem per negationem assumitur. Hoc in duobus reliquis licet intelligi. Miscentur autem sibi multis modis syllogismi, ut in una ratiocinatione ex prædicatiū generis, ex conditionalis formas agnoscas, hoc modo. Si quæstio sit, utrum utilis sit ipsa Dialectica, proponendum est si bene disputare utile est, utilis est bene disputandi scientia. At bene disputare utile est, utilis est igitur Dialectica. Sanè uidentur est in prædicatiō syllogismo, quod de propositione sibi assumptionem vindicet. Nam extrinsecus aliquid iam accipere manifestum est. In eo autem, quod sibi ut diximus, de propositione vindicat, attendendum est, utrum recte sibi vindicet propter seruatas, memoratasque formas. Efficitur enim, ut quod in propositione ad declaratiuam partem pertinere uidebatur, in assumptione ostendatur, ad subiectiuam pertinere. Et item si aliter assumas, hoc ipsum pertinebit ad declaratiuam hoc modo. Notum est in prima forma ita assumi, ut aut declarativa propositionis, subiectiva sit assumptionis, aut subiectiva propositionis, eadem ex declarativa

et declaratiua sit assumptionis, ut si proposueris sic: Omnis ars frequenti exercitatione meditanda est, Dictio autem exercitatio est Rhetorica, Rhetorica igitur frequenti dictione meditanda est. In propositione exercitatio ad declaratiuam partem pertinere uideatur: in assumptione ipsa exercitatio ita ad declaratiuam pertinet. Quomodo ergo forma seruata est, scilicet quia relictum est aliquid in declaratiua propositionis, quod non uenerit in declaratiua assumptionis, unde posse fieri conclusio, hoc est, meditanda est. Nam si uellem sic assumere, Rhetorica autem ars est, totum seruabitur ad conclusionem. Rhetorica igitur frequenti exercitatione meditanda est. Ex hoc apparet multa esse communia, quae possunt uel subjectiuè, uel declaratiuè adiungi prout se habuerit assumptio.

Talibus insidente Dialectica, et ad quedam non minus inextricabilia quam caliginosa properante, Pallas nutu Maiugenæ festinantis interuenit.

Perita fandi iam progressum comprime:
 Ne inflexa tortos stringat intimatio:
 Et multimodos perpetui infractus diu
 Hymen recusat, editum est compendio
 Quicquid decenter docta disputatio
 Multo astruendum contulit uolumine.
 Sat eo profunda frons decens scientie,
 Quæ abstrusa promit nil morosum differens.
 Præteruolando, nilq; ignotum deserens:
 Nam quæ supersunt fraude multa confita,
 Quis falsa captos circuit deceptio:

Dum

Dum ambage ficta præstruis sophismata
 Captentulifue ludis illigantibus
 Pellaſ soritas cumq; sensim congeris:
 Formasue mendas comprobat, quas ueritas:
 Nefas tonantis garriat sub auribus
 Facimus dirum, quippe ſummi calites
 Odere turpis onne falſum foemine:
 Nam ſi reuoluas, quid cauilla ſenius?
 Dudum locuta circulatrix indecens
 Fies proſecto decipla, ſi abſtruxeris.
 Faceſſat ergo uerſilis profunditas:
 Reliquumq; tempus linquens ſororibus.

His auditis, Dialectica cunctabunda paululum, ta-
 men diuæ p̄ceptis paritura, respondit.

Venerandos mihi fatus, reuerendosq; ſecuta
 Referam iuſſa pedem atq; illicet exorsa filebunt.
 Licet unam decuit iuſſe premittere culpam,
 Ut honoris precio cederet inferre relatus.
 Populum cccropidarum bene quo palliatarum:
 Bromius conciperet contumias noſſe dolore.
 Mage quam crediderat, uipeream noſcere poſſet.
 Et incers Marsica dudum fieret p̄ſtigiatrix:
 Neq; me conficeret ſomnificam uel temulentam
 Loca paſsim blaterantem iouialibus ſuborſis,
 Tamen uni famulandum eſt tibi Virgo reticemus.

Hec dicens uelut repreſſa conticuit: compluresq;
 eam diuorum qui inter initia deriferant, horruerunt.

Finis quarti libri.

M A R T I A N I
 C A P E L L A E D E
 R H E T O R I C A,
 L I B E R V.



Nterea sonuere tube, raucus' que per
 ethram
 Cantus, ex ignoto cœlum clangore
 remugit.
 Turbati expauere Dei, uulgu's que mi-
 norum

Cælicolum trepidat, causarum ex nescia corda
 Harent, ex ueteris renouantur crimina phlegre.
 Tunc amnes, fauniq; pales Ephialta Napeæ
 Respectant proceres, nulloq; assurgere motu
 Cernunt attoniti, uicibusq; alterna profantes:
 Mirantur placidam per pectora sacra quietem.
 Tunc primum posita syluanus fortè cupresso
 Percitus, ac trepidans dextram tendebat inermem:
 Bellaq; compostens arcus, atq; Herculis arma:
 Portuni trifidam suspirans flagitat hastam:
 Gradiui frameam non ausus poscere falcem.
 Saturni bello suetus disquirit agresti.
 Diffidensq; sui respectat tela tonantis.

Sed dum talibus perturbatur multa terrestriū plebs
 deorum, ecce quædam sublimissimi corporis, ac fidu-
 cie grandioris, uultus etiam decore luculenta, Foemina
 insignis

in signis ingreditur, cui galeatus uertex, ac regali caput
 maiestate seruatum, arma in manibus, quibus se uel
 communire solita, uel aduersarios vulnerare fulni=
 nea quadam coruscatione renitebant. Subarmatis autem
 uestis, illi peplo quodam circa humeros inuoluto la=
 tialiter tegebatur, quod omnium figurarum, lumine
 variatum, cunctorum schemata preferebat. Pectus au=
 tem exquisitissimis gemmarum coloribus subbalte=rum. Hæc cum in progressu arma concusserat, uelut
 fulgure nubis fragore colliso bombis dissultantibus fra=ctæ diceres crepitare tonitrua: deniq; creditum, quod in
 star Iouis eadem posset etiam fulmina iaculari. Nam ue=luet, et unde uellet deducere, et in lachrymas flectere,
 et in rabiem cōcitare, et in alios etiam uultus sensusq;
 conuertere, tam urbes, quam exercitus præliaentes, et
 quæcumq; poterat, agmina populorum. Hæc etiam Se=natum, Rostra, Iudicia domuisse in gête Romulea. Athe=nis uero curiam, Gymnasia, Theatraq; pro arbitrio re=flexisse, ac totam funditus Græciam miscuisse sereba=tur. Hac uero loquente, qui uultus, uocisue sonus, quan=taque excellentia, celsitudoq; sermonis audire operæ=precium etiam superis fuit, tantæ inuentionis inge=nium, tam facundæ ubertatis eloquium, tam capaciæ me=moriæ, recordationisq; thesaurum. Qualis disponendi
 ordo, quam pronunciandi congruens modulatio.
 Qui gestus in motu, quæ profunditas in conceptu. Deni=que exilis immodicis: in mediocribus facilis. In elatio=nē flammatrix, reddebatq; cunctos in ambiguis dociles.
 In persuasione cedentes, in collisione discordes: in laudi=bus

bus arrogantes. At uero cum quid commotum publici non
minis attestatione clamauerat, fluctuare, permisceri, ar-
dere omnia uidebantur. Hanc igitur foeminae auratae
uocis, et quasdam diadematum gemmas, regnorumque
fundentem, imbens illustrium virorum sequebatur agmina.
Inter quos proximi eidem duo diverso habitu nationeq;
prænitentes, quorum unus erat pallio circumactus: al-
terque trabeatus. Diversus utrique oris sonus, licet aliis
etiam Athenis se diceret Graia didicisse, ac proptius gym-
nasiorum studijs, et reluctantibus semper Academias al-
tercationibus haberetur. Ambo tamen noui protecti que
paupertatis sinu. Et cum alterum Quirinalis eques, alium
fabrilis procrearet industria, ita præclues lingue excele-
lentia floruerit, ut post curiarum facta, immeritasque
mortes uirtute astra conscenderet, immortalitate gloria
seculi superarent. De uno tamen quem Athenarum po-
pulus, ac palliata agmina sequebantur, hæc fama conue-
nerat, quod acerrimus idem et procellis generatis Ocea-
ni fremitusque violentior. Denique de illo uerius huius-
modi ferebatur:

δεινὸς ἀνὴρ τάχακεν νοὶ ἀνάτοιην αἰσθῶμεν.

Alter uero, quem consularis purpura, et coniurationis
extinctæ laurea redimibat, mox ingressus curiam su-
perum, et in lous gratulatus est se uenisse conspectum:
clamare igitur coepit: *O nos beatos, o remp. fortu-*
natam, o præclaram laudem consulatus mei. Post hos
tamen in diversis agminibus oratores emeriti, ac pra-
se ferentes insignium culmen, maritaque lingua-
rum Aeschinem, Isocratem, Lysiamque confice-
res. Tum in togatis agminibus Sofantios, Græcos,

Regulum,

Regulum, Plinium, Frontonemque. Verum ante cunctos atque ipsam ducem omnium foeminae, senex quidam signum, ac praeuiam uirgam gestans, lictoris Romulci precedebat usu, atque in eiusdem uirgæ culmine, Corax oris aurati uenientis foeminae auspicio praeuolabat. Ille autem qui gestabat uirgulam, Tisias dictus, cunctis que uetustior atque elatior uidebatur. Nam et suos minores ceteros ipsam illa ducem respectans superpositum coruum, commune pignus filiamque memorabat. Quo argumento commoti quam plures deorum eam quidam nobilissimam foeminae primam, aut Apollinis credidere cognatam, si Graia est: aut si Romulea de gente, coruina. Cui enigmati illud adiectum, quod intrepida fiducie promptioris, tam Palladis, quam ipsius Cyllennij deosculata pectus, cuidam propinquæ familiaritatis indicia patefecit. Denique nonnulli superum cum in trepidatione buccinæ præcipientis, et admiratione amicitie superorum incerti, diutius Diuimatorem Phœbūm cuparent sciscitari, nondum Ioue maximo disquirente tumultuarie, que esset, inquirunt. Ac tunc illa respectans supereros universos, aliquantò commotior sic coepit: Patrem maximum Iouem, ceterosque cælites, quos in causis pluribus sepe sum deprecata, atque ipsum cōuentum superæ confessionis attestor, nihil magis mihi inconsentaneum atque indecens estimari, quam ut que semper in foro, iudicijque quam pluribus accusucri multos, aliosque defendem, et uiribus gloriam deluctationis angixa, mihi de discriminum fatis promeriti cœnitus præconia compararim. Nunc apud uos superi quis placere immortalitatis instar ac precium uidebatur, iuita compellor scholarium

scholarium iuuenilium monitus, ex exilia decantata aratis præcepta memorare. Neque enim hoc nobis ascribit inopia, cum redundantes turmae suppeditant consequentium. Nam absque his qui perturbantes pectora sensusq; cunctorum cognoscentum quoque perfregere subcellia, etiam alios habeam, qui minutias præceptorum, ex artis intimæ commenta perscripserint. Inter utrumque uero culmen sectatorum præniteat Tullius meus, qui non solum in foro, senatu, rostris que grandiloquæ facultatis maiestate tonuerit. Verum etiam ipsius artis præcepta commentus, libros quām plures scholiorum usibus cōseverat. Quod cum ita sit, emeritæ granditatis pudor ex celebrati, quantum puto, nominis gloria, hæc inchoamentorum primordia detrectaret excurrere, ni hoc ad immortalitatis præmium proficeret, quod iubens ac fiducia perennitatis accendat exequi, uel primora tamen loue cum superis imperante. Accingar igitur hec aridiora percurrere, minus quidem quām publicitus soleo placitura, quamquām si Pallados aures, atque Archadiam ratione beniuolæ maiestatis participarit aſſensione. Nunc quidem apud uos maximi calites displacebo: quippe sum ipsa, quām alijs artem, uirtutem alijs dixere, alteri disciplinam. Artem uero iccirco quia doceor, licet Plato huic uocabulo refragetur. Virtutem autem dicunt, qui mihi bene dicendi scientiam imesse compererunt. Qui edisci uero dicendi intimam rationem ex percipi posse non neſciunt, fidenter me aſſerunt disciplinam.

De officio & fine Rheticæ.

Officium uero meum est dicere appositè ad persuadendum. Finis persuadēdi id quod est propositum
1 dictione.

dictione. Quæ quidē uerba mi Cicer. attestor, cuius etiā exemplis me per omnes insinuo preceptionis ductus con sequenter usuram.

Vbi & Vnde.

Materies autem duplex est mihi. Vbi & unde fiat oratio. Vbi, cum ut ipsius mēbra aggredior quæstionis. Vnde cum res inuentæ, uerbaq; sociantur.

Quæstio Rhetoricæ, aut Finita, aut Infinita.

Qvæstio ipsa aut finita est, aut infinita. Finita est, cum nascitur de certo facto, demonstrat' que personam, ut in Rosciana queritur Ciceronis, utrum interficerit patrē Roscius. Infinita est, quæ generaliter quærit, utrum sit aliquid appetendum, ut an philosophandum sit: in Hortensio disputatur. In superiorē autem crebrò, aſidue' que collector, atque eam Grecis placuit ὑπόθεſη nominari. Infinita uero uniuersitatis aſtruendæ ſibi fiduciam vindicant, tum potius uerſor, cum ocium, ac diſputationes aggredior, licet plerūque etiam pars ipsa, quæ Thēſis dicitur, in causis mihi elatiuſ anhelanti amentatas haſtas crebrò, ex pila plurimum ualentia ministrarit. An aliud in Scauriana ſuccurrit, cū interpoſita diſputatione tractatur. Ex quibus cauſis mors eueniat repētina. Ac pro Milone ſimiliter, an mun dus prudētia gubernetur. Deniq; ē meis ſectatoribus quidam acri admodū, ac ſubtiliſima rōne commoti, nullā eſſe attēſtatur hypotēſim quæſtionē, cuncta quæ in defenſione pro

ne pro reis, contraq; eos in accusationibus retractantur,
ad generales quæstiones poterunt applicari.

Quæ sint partes officij Rheticæ.

Iam uero partes officij mei quinq; esse non dubium est. Nam est Inuentio, Dispositio, Elocutio, Memoria, Pronunciatio. Iudicatio enim que à nonnullis dicitur pars, partibus cunctis ascribitur. Iccircoq; ipsa pars non poterit ritè censeri, licet quid dicendum, quid uel si lendum sit, dispensatio iudicationis examinet. Inuentio est quæstionum argumentorumq; sagax, inuestigatrixq; comprehensio. Dispositio est, quæ ordinem rebus attribuit. Eloquutio, quæ arripit uerba uel propria, uel translata, quæq; noua facit, ueteraq; componit. Memo ria firma rerum, uerborumq; custodia est. Pronunciatio uocis, motus gestusq; pro rerum ex uerborum dignitate moderatio. Sed ex his Inventionem certum est esse potissimum, cuius opus est causæ quæstiones excutere, ex argumenta probatu idonea reperire.

De Quæstionibus principali bus & incidentibus.

Questionum uero duplex species. Aliæ sunt enim principales, aliae incidentes. Principales sunt status, ex quibus nascitur causa, quas Tullius constitutiones appellat. Incidentes uero, quædum tractatur causa, nascuntur, dum argumenta uel scripta refutando, in plures causa deducitur quæstiones: ut sit principalis, utrum Clodium iure occiderit Milo. Incidens uter utri insidias compararit.

De Statibus, & unde nascantur.

Principales igitur Status sunt numero tres. An sit,
Quid sit, Quale sit. An sit, cōiectura est, ut an pā
trē Roscius occiderit. Quid sit, finis an maiestate minue
rit Cornelius. Quale sit, qualitas ut an Saturninus iu
re necatus sit. Sed ne forsitan moueat, quod prætereo quar
tum statum, quem Hermagoras inuenit, subtilior ratio
est eum non statum, sed partem dicere qualitatis, quod
in eius expositione monstrabo. Nunc dicendum est, quo
modo status inueniantur in causa. Inueniuntur igi
tur per intentionem & depulsionem. Intentio est, obie
cto eius facti, quod in iudicium uenit. Depulsio que
dam resistens intentioni negatio, ut si dicatur, occidiſti
patrem, non occidi. Ex his duabus inter se concurrētibus
uocibus nascitur quæſtio, quæ dicitur status, quod ibi
quasi ad pugnandum actionum acies ordinata consistat,
sed facile est uidere, quid obiecto crimini reſpondeatur.
Illud facile non est quid debeat intendi, utrum factum, ut
hominem occidiſti, an nomen facti, ut homicidium feci
ſti. Et licet uideatur idem eſſe, tamen in superiori obie
ctione ſi negabitur, coniectura erit: cum dixerit, non oc
cidi. In hoc ubi rei nomen intenditur, potest & finis ui
deri, ut ſi dicat, non feci homicidium. An ſum, quicunq;
homo, an cum innocens occiditur, quod ſi non factum
obicijas, ſed criminis nomen negatione diuerſe par
tis non erit manifestum, qui status exiſtat. Neſcieſ
enim quid negat, qui ita neget, non feci homicidium:
utrum quia nullum hominem iugularit, an quia tyranni
interfectio homicidium non uocetur. Eſt igitur inten
dendum ipsum illud quod factum eſt, ut ſi id negau
erit

rit aduersarius, habeas coniecturam. Si eo concessso, non
men crimini excluserit, intelligas finem. Quod si con-
cessso facto, factiq; vocabulo licuisse sibi, uel oportuisse
facere dixerit. qualitas in causa pueratur: que aut de re,
aut de actione congreditur. De re, ut Miloni facere li-
cuisset. De actione, an seruo uel addicto Tribunos liceat
appellare, an habere ignominioso liceat concionem.
Quae species qualitatis Translatio nominatur. Item ca-
uere debemus, ne intendamus auditoris officium, ut so-
la status qualitas fiat. Nam qui causam cognoscit, propo-
fitum habet efficere aliquid, id est, aut damnare ali-
quem, aut absoluere.

De generibus auditorū & causarum.

Auditoris autem sunt tria genera. Unum eius, qui
secundum aequitatem, aliquid statuit, et is est, per-
pensè index. Aliud eius, qui honestate uel utilitate in-
certa dubius alienæ sententie persuasionem inexpli-
cabilis deliberator expectat. Tertium genus eius est,
qui facti honestatem, uel turpidinem libera extima-
tione perpendit. Hunc extimatorum conuenit nomina-
ri. Hec igitur sunt tria causarum genera, que hypothe-
si continentur, id est Iudiciale, Deliberatum, et De-
monstratum. Sed cum omnes predictarum rerum audi-
tores dubitatio sui deducat officij, querendum discri-
men est, et proprietas singulorū. Nam et iudex, cuius offi-
cium est damnare reū, uel absoluere: possessionē dare,
uel auferre, priusquam cognoverit causam, dubitat quo
modo utatur officio. Et qui deliberat, ambigua mētis opi-
nione differtur. Et laudationis arbiter, an ritè quis lau-
detur,

detur, extimanti contemplatione dispensat. Sed cum in diuersum hæc distrahanter officia, tunc illud maximè discriminem attendimus: quemadmodum temporibus uarentur. Nam deliberatio futuri tantum temporis continet questionem, ut si deliberet Cato, an se debeat, ne uitorem aspiciat Cesarem trucidare. At uero iudiciale genus tam præteriti quam futuri non unquam temporis inuenitur. Sed in præterito tantum de facto coniectura: Ex futuro qualitas frequenter innascitur, ut suo loco promptius afferetur. Laudatum etiā genus in præteritis factis omne consistit, sed à iudiciali genere fine discernitur. Nam aliud est, absoluere innocentem aequitatis imperio: aliud laudibus prosequi gloriosum insignium contemplatione meritorum. Accedit quod in judiciali genere ambigit cognitor in rebus alienis: In Deliberatione uero quisque tam de suis, quam etiam de rebus externis. In laudatio estimator auscultat uera, congruaque, que memorentur, licet nouella etiam id contulerint blandimenta, ut suæ prædicationis fiat arbiter, qui laudatur. Ergo oportet attentius intueri ne ea, quæ auditoris officium habuerit, intendamus, ut si Verri, quod damnandus sit, edicatur. Ille quippe se damnandum non esse respondet: et utrum damnandus sit sola qualitas apparet. Igitur à facti obiectione nascitur intentio, ut si eidem dicas: Siciliam spoliasti, responsuro non feci, coniectura componitur. Stultum quippe est id, quod in arbitrio manet iudicis, aut certe facti nomen non ipsum crimen intendere. Cauendum èquè ne cum lex ulla, uel scriptura in causa tractatur, intentio sumatur ex lege, ut si dicas. Lex te murum uetabat ascendere peregrinum.

Sed

Sed illud potius dicendum: Murum ascendisti, ut si negauerit, non sit pugna de lege, sed de facto, cui accedit lex. Si confessus ex facto, tunc contra legem fecisse uideatur. Cæterum si negato facto fuerit lex, uel quævis scriptura recitata, superflua uidebitur contentio: quando non iuris, sed ueritatis altercatio contineat quæstionem. Hoc uicio plerique falsi sunt, sed ex præter illos treis quos status asserui, alios quatuor, uel quinque de scripti qualitate manantes esse dixerunt, qui licet suas in diuisione cause partes obtineant, tamen nunquam principali loco nascuntur: quia nisi fuerit, quod probetur, nemo ad probandum recitat legem, ut aliquam scripti formam. Id autem quod probatur, status est, qui ex primo cōfūctu semper existit. Cæteræ quæstiones controversie uel incidentes sunt perhibendæ.

Quomodo Status facile inueniatur.

Sic igitur inueniendi Status facilis erit ratio, cum neque nomen admissi, neque auditoris officium, neque legem, aut scriptum aliquod intentionis loco poterit obiisci. Itaque talis est intentio, Hominem occidisti. Depulsio, non occidi. Questio ex his oritur, an occiderit, in quo statu erit coniectura. Sed cum intentioni ius facti opposuerit reus, fit qualitas, ut à Milone non factum negatur, sed de facti iure contëtio est, occidisse enim se fatebatur Clodium, sed iure fecisse. Huic depulsioni obiiscitur ratio, que non una simplex uero sit. Nam potest unum atque idem factum propter uarias causas uideri probabile, ut hoc idem, quod insidiatorem occiderat Milo, una

1 4 ratio

ratio fuit. Alia, quòd hostem Reipub. & tyrannidis affectatione succèsum, se interemisse memorabat. In quibus assertis sit quidem qualitas, sed diuersæ species eius erum punt. Nam prima relatiua, altera comparatiua qualitas fulget, quòd si intentioni non ius facti, sed negatio nominis opponatur: quamuis negatio depulsionis uice dicatur, tamen non faciet coniecturam, quia non factum, sed nomen facti destruitur, ut in hoc adulteri actio sit, cum repudiata uxore, stupratorem qui repudiauerat maritus imuenit, accusat adulterij. Reus contradicit, nec factum negat, sed adulterij nomen excludit. Et queritur quid sit adulterium, quod est diffinitiæ cōtrouersia. Igitur conjectura ipsius facti negatio est finis non admisi, sed non minis. Iccirco' que etiam depulsio ingesti criminis, quia cum facto aliud nomen imponitur, immens obiecto crimi ni periculū denegatur, ut in hoc obiectu: Pocula tem pli è sacerdotis domo furatus es, sacrilegium fecisti. Repellit, pocula quidem abstuli: sed quia de domo, non de templo, furtum, non sacrilegium nuncupandum. In quo etiam facti alia quedam uidetur esse negatio, non enim hoc ad deorum iniuriam spectat admissum, sed ad dispensarium sacerdotis, cum de domo pocula subtrahantur. Hic utraque factum diffinitione tractandum, id est, et quid sit sacrilegium, et quid furtum.

Qualitas est cum qualis sit queritur.

Nunc de qualitate dicendum, cuius multiplex natura, diuisionem partium primo desiderat, ut ea de cursa singularum proprietas explicetur. Qualitas igitur aut

aut de re, aut de actione est. De re, cum eius facti, quod in iudicium uenit, ratio causa ue tractatur: uel cum quid fieri oporteat, disceptatur, ut an iure Clodium Milo iugulerit, uel an domus Tullio restituenda fuerit. De actione autem cum queritur, an admittenda sit actio, ex iudicium faciendum: que pars, quoniam iuris aequitate perpenditur, recte eam in species qualitatis subtilius aggregamus. Aliam autem quam Hermagoras quasi constitutionem nouam, aut qualitatem distinguere, ex translationem, uel perscriptionem vocare maluerat. Sed haec posterius, qualitas, ut futuri temporis estimata, ita ex preteriti iuridicialis, futuri negocialis. Qualitas in utroque iuris assertio est, in iuridicali nature, in negociali legis aut consuetudinis asserta uersantur. Iuridicæ lis autem diuiditur in absolutam, ex assumptiuam. Absoluta est, que factum ipsum sui natura ex iure defendit. Assumptiuam, que cum in facto ipso nihil probabile repe riatur, configuit ad ipsam causam, eamque iustam, ut facere deberet, allegat. Ut cum Milo non potest dicere hominem licuisse iugulari, causam occidendi astruxit insidias Clodianas. Illic assumptiuè nomen accepit: quia cum absolutè factum tueri non posset, configuit ad causas. Hec igitur assumptiuam partes habet quatuor: Relationem, Remotionem, Comparisonem, Concessionem, Relatio est, cum de facto confessò culpam in eum, qui pertulit, refert, ut in Clodium Milo, Orestes in matrem, Oratius in sororem: qui iccirco à se perhibuit iugulatam, quia eius prouocatus iniuria, in facinus sit coactus. Remotion est, cum obiectum crimen in alterum, uel in aliud ab eo, qui percellitur, remouetur in alium, ut Tiberius Gracchus

chus in Mancinum, qui auctor faciendi foederis fuit, quod tam senatus quam populus improbarat. Item in tali causa legatus nisi intra triginta dies profectus erit, capite puniatur. Questor sumptum legato non dedit, tempus emensum est. Accusatus contradicit, et crimen obiectum remouet in questorem. In aliud autem remouet, si morbo tardatus, in infortunium suum causam remoueat tarditatis. Remouetur uero aut ipsum factum, si ad alterius attinuisse dicitur potestatem: aut causa, si alterius uicio quid accidiisse dicatur. Comparatio est, quam compensationem noui a posterioribus perhiberi. Non cum crimi ni beneficium alterius temporis subrogatur, sed cum factum iure defenditur, ut ex eo aliquid com modi sequeretur: nam si meritum alterius temporis, uelut in compensationis gratiam memoratur, ad deprecationem potius admouendum est qualitatem, que ueniali specie continetur: hec uero ritè se fecisse contendit, ut Verris illa responsio. Magno inquit, decumas uendidi: quod factum compensat utilitate beneficij. In hac quippe parte facti confessio est, sed immanitatem obiectionis excludit allegatio promeren di. At in illi criminis, facti que una confessio est, sed aut ab animo separatur, aut purgatione cessante ad humanitatis miseranda respirat. Verum hec qualitas uenialis in bina asserta discernitur, in Purgatione et Deprecationem. Nam purgatio est, cum confessio facinore animm, uoluntatemque purgamus. Cuius modos tres esse non dubium id est, imprudentiam, Casum, Neces sitatem

sitatem. Imprudentia est, cum à uoto, scientiaq; nostra
aliquid dimouemus, ut quidam in uenando iaculum im-
torsit in beluam, ex hominem delitescētē retibus, inter-
emit: que pars error dicitur, et q; ei subduntur: Ignora-
tio, Vmolentia, Obliuio, Fatuitas, Dementia, ceteraq;
que errorem admittentis excusant. Casus uero culpam
suentus exonerat, ut qui cum uictimis ad diem sacrū non
occurrerit fluminis incrementis. Scelus autem necessitate
commisit, qui præcepto ducis insontem, hominem iugula-
uit. Inter quos modos hoc interest, quod imprudentia fal-
lit, casus prohibet: necessitas cogit: deprecatio autem
nihil causationis associat, sed in exornandi humilia-
tatem, precesq; suspirat, Ceteras questiones, quas
Status dicunt incidentes, aduertat, qui talium didicerūt.
Sicut interius demonstrationem formet prima uocis in-
gestio. Plerumq; enim secunda uis intentionis incutier,
ut in hoc uiro forti præmium, quod uolet, qui fortiter fe-
cit, petit præmīū, quia, nullū putat è diuerso, nihil intendit, sed
maritus cōtradicitor intēdit, licet secūdo loco uideatur as-
surgere, cui per depulsionem uir fortis obstabit: tāquām
petitionem præmij, quod poposcerat accusati præmium
iustū esse cōtēdes, tāquām si factū aliquod iure tueretur.
Itē questiones legales, quas tāquām Status causis incide-
re memorauī, principaliū questionum intētione, uel de-
pulsione non eadem regula percensetur: quippe que in
secunda cōflictatione prorumpunt. Nam prima qualita-
ti tribuitur. Igitur illa intentionis ac depulsionis regula
in qualitatis p̄dicta parte turbatur.

De

Martiani Capel.de
De Examinatione, id est,
Iudiciali genere.

Nunc rō kewōμενοι quod Græci dicunt, consequen-
ter assumam. Nam cum intentio ex depulsio sta-
tum constitutionemq; signaret, si coniectura fuerit, iu-
dicationi præbebit pariter rationem. Neque enim est,
quod possit ponderari iudicio, nisi ipsa negatio. In qua-
litate uero, uel fine alio loco quam status apparat, ne-
cessè est confessa depulsio facti habeat rationem: quam
item accusator, infirmet, ex uelut secundaria quæstio
procreatur per confirmationem, impugnationemq; ra-
tionis. Hic illud iudicabile posse uersari: idq; esse, quod
estimattr iusti ratione perpendat, posse in quauis cau-
sa ex omnibus status existere. Et multæ rationes, infirma-
tionesq; numeroſæ, perindeq; iudicationum semina co-
piosa: cum unum, uidelicet factum multiplici ratione de-
fenditur, ut Tullius pro Milone, quod insidiatorum, ex
quod hostem publicæ quietis occiderit. In his igitur ille
status potius apparebit, quem orator pro utilitate defen-
sionis sumpserit. Illa etiam ratio ex oratoris plerunque
aſtructione colligitur. Tuncq; uelut rationes alij status
emergent, ac sic ad probationes scriptura profertur.
Hinc Iudicatio legalis orietur, cuius species sunt quin-
que. Vna est, cum scripto aliquod, pluræ ambigua
continentur, que à Græcis αὐχιβολεύα memoratur,
ut ex communione nominis res plerunq; confunditur, ut
est istud: Quidam taurum legauit, quo nomine seruum
habuerat admodum preciosum. Verum illi hæres tau-
rum, hoc est bouem dedit, quia fecit nomen amphibolum
questionem.

questionem. Item ex nominum distinctione per syllabā, ut qui habuerit propinquos duos: unum Lefsum nomine, aliumq; Milesium, hæredemq; constituēs sic locutus est. Hæres esto mi Læsi. Qua distinctionis ambage certamen exortum, dum hæres esto mi, distinguit, qui Lefius dicebatur. Alius uero continua nominis iugitate Milesium dicit hæredem. Sunt idem modi quos dialectica comprehendit astrictio. Item species scriptionalis est quaestio, quæ ex uerbis & sententia scriptionis emergit, ut in hoc Peregrinus murum nē ascendat. Quidam obessa crinitate concendit, hostemq; deiecit. Arguitur hic reus legis sententia, uerbis nititur accusator. Tertium quaestio, est genus, cum contraria leges utriq; secus collidunt, ut in illos Mas templum Cereris ne ingrediatur. Item, qui parentibus opem non tulerit, puniatur. In templo Cereris uapulanti matri ingressus opem filius tulit. Accusatur. Facit hic conflictum diuersitas legum, quarum interpretatio colliditur, ut cui potius auscultandum fuisset, appareat. Quarta de scripto quaestio est, quæ dicitur syllogismus, cum ex eo, quod scriptum est, aliud quoque, quod non scriptum est argumentatione colligimus. ut in hoc. Exulem intra fines deprehensum liceat occidere. Quidam inuentum exulem uerberauit, accusatur, à defensore colligitur, quod minus permisso sit fieri debuisse. Huic insunt modi quatuor. A simili, à consequenti, à maiore ad minus, à contrario. A simili ita, ut quia patris intersector culleo insuitur, hæc poena manere debeat matricidam. A consequenti sic: Tyrannicidæ premium. Qui suasit tyranno deponere dominatum, premiu petit. Colligit par esse meritum, quia reddit libertatem.

A maiore

A maiore ad minus. Supra dixi enim. Si exulem permittit ingulare , licet etiam uerberare . A contrario, Si uir fortis meretur præmium, desertor dignus est poena. Finitiuā superest quæstio de scripti ambiguitate determinans, cum aliquod uerbum in lege, uel testamento dubium est, ex diffinitione clarescit: ut nocte cum telo deprehensum liceat occidere, quendam cum fuste nocte deprehensum magistratus occidit, reus est cædis: i.ege se quidem tuetur: sed telum quid sit, inquiritur. Quod questionis genus hoc à principalibus differt statibus, quia non de facto, unde orta causatio est, sed de scripti tantum diffinitione disquiritur. Discutitur igitur ab his legalibus status principales esse discretos, ex hos incidentes dici. Illos autem à quibus causa nascitur, uel constitutiones, uel status certius appellari.

De Genere deliberatiuo.

TAM nunc decursis constitutionibus controversiarum, deliberatiui & demonstratiui generis statum uideamus. Nam ex causarum tria genera esse dubium non est, ex in omni causa statum debere uersari, licet in deliberatiuo quandam qualitatem negocialem consistere, quod de futuro deliberat, existimarit. Tamen ita qualitas plerunque censenda est, ut alij quoque statutus huic generi posse accidere non negentur. Nunc statutus in talibus ita reperiri posse firmamus, ut non ex intentionis depulsione, quemadmodum in confitiibus monstratum est, regulam teneamus. Quid enim aut quis intendet uel ordine soluto persuasor disuasor ue confligent, cum alterum deligere in astrictiōnibus

tionibus non uetemur. Sed tamē accusatoris partes dis-
suasor uidetur arripere. Qui enim in honestum uel iniū-
le illud, quod dissuadet, ostēdit, pro certo ipsum uidetur
accusare negocium. Persuasor uero partes arripit defen-
soris, ex negocij tractatum qualibet obiectione contra-
rietatis absolvit. Ex quo ex persuasor intendere, ex dis-
suasor depellere memorandi. Ac sic cōflictione partium
facta, status poterit apparere, ut in tali causa crebrō ad
muros exercitu confidente, deliberat imperator utrum
diruat muros exscidi, cum dicit, nonne uidetur, si fecerit,
accusare. Deinde grauiter ex seditione id exercitū per-
pessurum. In quo coniectura fiet de commotionis euen-
tu. Ac mox si dicat uictoriam non uocandam, si præsidū
ciuitatis exscinditur. Finis accepit. Diffiniendum quippe
qualis status mœnium uictoriam faciat celebrari. Tunc
si dissuasor addat sine consilio senatus id fieri non debe-
re. Præscriptio etiam uidetur accedere. Certum est igi-
tur ex intentionem dissuasori iure signari. Et delibera-
tui cunctos status promptius apparere. Sciendum tamē,
ne dissuasor uelut sententiam dicens, prohibeat tanquam
iudex, cum eius officium hoc sit, ne faciat persuadere in-
honestæ rei, uelut inutilis ratione monstrata.

De Genere Demonstratiuo.

Iam nunc in Demonstratiuo, quemadmodum status
emergat, non est facile memoratu. Iccirco quia non sta-
tim laudem uituperatio conjectatur, ut quisquis laudabi-
lis non est, uituperabilis habeatur, uel contra. Qui
uituperatione

uituperatione caruerit, laudibus fastigetur, ut si laudabili ex eo quis dicatur, quia homicidium non commisit. Est ergo medium nomen, quod priuationem placuit memorari, propterea quia laude priuatur, non confessim uituperationi permittitur, uel contra. Sic tamen status demonstratiui generis apparet, cum laudatorem, uituperatoremque constituens, ex uituperatori accusatoris intentionem, laudatori defensoris partes adiunxeris. Aut illud subtilius conformatur, ut auditor inter laudem, ex uituperationem libratus, uelut aduersanti loco ponatur. Non enim antequam laudandum, quenquam laudabilem demonstraris: Non illi talis intentio est, ut laudabilem nondum credat. Aduersum quam intentionem laudatori certamen est, uel uituperatori, licet in superiori astru ctione quidam conflictus euidens approbetur, ut cum aliis quempiam laudat, ex alter accusat, ut Catonē Tullius laudans, ex duobus uoluminibus Cæsar accusans. Ex quo colligitur omnium causarum genera statibus percensenda. Hoc reperto, naturam cause discussies, que aut simplici, aut duplici questione, aut multiplici continetur. Simplex est, cum unum quid, in tota actione disquiritur, ut Clodiū Milo né iure necauerit. Illud uero quod per indicationem posteriore loco disquiritur, uter utri infidias compararit, non est singulare, sed iunctum ex duplice conjectura, ex quā Græci ἀντιαστηγοπίαι nominant. Sed incidens questio, genus cause facere non potest. Duplex tum ex rebus fit, ut pro Cælio de auro, ex de ueneno. Tum collatione, ut pro Roscio, Filius né patrem, an inimici ingulauerint. Multiplex uero ex pluribus questionibus causa consistit, ut repetundarū omnes

Verrina

Verrine: ex pro Scauro de Bostaris nece. De Ariminis uxore, ex decimis tribus exquiritur. Dehinc ductus cause inspiciendus est. Ductus autem est agendi per totā causam tenor sub aliqua figura seruatus. Sunt autem ductus quinq;: Simplex, subtilis, figuratus, obliquus, mixtus. Simplex, cum non aliud est in agentis consilio, aliud in uerbis, ut si bene meritum laudes, ac noxiūm accuses. Subtilis, cum aliud uult animus, aliud agit oratio, ut quidam abdicat filium, quod amicos non habeat: hic non uerè abdicat, sed ut amicos habeat, terret. Figuratus est, cū aper tè quid dicere prohibet uercundia propter obscena, ex significatione alia, atque integumentis uestita monstratur. Obliquus est, cum metus impedit aliquid dicere liberè, ex per quosdam faciendi cuniculos obijciēda monstramus. Ut in hoc Tyrannus qui sub abolitionem tyrannidem posuerat fortiter fecit, petit præmij nomine, armorum, arcis que custodiam. Magistratus contradicunt. Mixtus autem ex utroque cōponitur, cum ex pudor ex metus impedit libertatem, ut tyrannus, qui duos filios habuit: quorum uni uxor iniqua infamis fuit, cuius maritus se suspendit. Cogit alterum filium eandem ducere, contradicit. Hic non incestum liberè, nec tyrrnidem potest obijcere. Hī sunt ductus artificiose tractandi, ex per totam orationem subtiliter diffundendi: qui colore hoc separantur, quod color in una tantum parte, ductus in tota causa seruatur. Ductus reperitur ex causatiō litis hoc est ex re, quæ controuersiam facit, quæ aut præteriti temporis est, ut an Aiacem Vlysses occiderit, quæ ductum simplicem tenet. Aut si præsentis uel futuri temporis fuerit, omnes ductus admittit. Ergo ductus de con-

m filio

filio nascitur. Consilium ex causatiuo litis exoritur. Causatiū litis est, quod facit dubitationem, ut in illo tyranni causatiū litis est, quod tyrannus custodiam & arcis postulat, & armorum. Hunc ductum seruatum testatur prima Philippica, quae mira subtilitate dominatum Antonij latenter insimulat, ut omnia dicēs, nil asperè dixisse videatur.

De Argumentis.

His omnibus conquisitis, argumenta uidenda sunt, quibus ad questionis ambiguū fides valeat adhiberi. Fides autem tribus fit modis. Conciliando, docendo, permouendo. Illa prior ethica, sequens apoditica, tertia pathetica nominatur. Conciliatione, licet in tota causa uti conueniat, tamen in principijs uberioris insistendum, & in commouendo maxime uigere debet epilogus: docere autem præ ceteris debet ipsa narratio: quamuis diluendis questionibus, obiectendis que orimiibus non dissimilis operetur astrictio. Nunc de argumentis incipiamus.

De Argumentis iterum.

Argumentum est ratio, que rei dubiae fidem facit. Res dubia est, intentio & depulsio, uel ratio, & confirmatio rationis. Cum enim obiecteris, occidisti, ut doceas argumentationem firmare maxime cum negatur etiam ipsum non occidi. Exigit argumentum licet ad faciendam fidem etiam illa, que martificalia nominantur, debeant adhiberi, ut tabula, testimonia,

testimonia, questiones, que post discutienda scriubo. Nunc argumenta tractentur, quæ aut in negocio, de quo agitur posita sunt, aut illud attingunt. In ipso, tum totum, tum pars eius, tum nota, quam Græci εργολογίαν dicunt. Attingunt uero negocium, que ad id relatiuorum ratione dicuntur. Et sunt numero tredecim: à coniugatis, à generis, à forma uel specie, à simili, à differenti, à cōtrario, à coniunctis, ab antecedentibus, à consequentibus, à repugnantibus, à causis, ab effectis, à comparatione. Cuius sunt partes tres, maiora, minora, paria. Apparet in omnibus relatiuam inesse rationem. Nam coniugatum alterum alteri nominatur, et genus et species ad se relata fiunt. Ipsum etiam simile alicuius assimile est. Et omnes loci argumentorum non ex se, sed ex alio nomen accipiunt.

De Diffinitione.

Igitur totum, quod dubium discutitur, diffiri primitus oportebit, et sic argumenta tractare hoc modo. Sit res dubia, utrum utilis eloquentia uideatur, Eloquentia totum est. In toto igitur diffiniendum est sic: Eloquentia est bene dicendi scientia. Bene dicere autem utille est, utilis est igitur eloquentia. Cui loco tractando subfido est Dialectica, quam nuper audistis, per quam cognitum puto quid sit genus, quid species, uel differentia, proprium, accidentis, ceteraque, quæ eius precepta tenuerunt, tamen ut potero, hæc breuiter, strictiusque percurram.

De Genere.

Genus est igitur ad multas species, differentiasque notio pertinens, ut animal quod refertur ad hominem,

m 2 pecudem,

pecudem, auem, pisces, ceteraque, que non tatum numero sed etiam specie disparantur, quod alia aerea, alia aquatilia, terrenaque, alia rationabilia, alia rationis expertia, que sub uno nomine collecta cum fuerint, nomine generis appellantur.

De Specie.

Species est, que à genere pendens alia continet numerum tantummodo disaggregata, ut homo, continet et Demosthenem et Ciceronem, quibus una species est, sed numero distant.

De Differentia.

Differentia uero est sufficiens questioni discretio, ut si queratur inter hominem, leonemque; quid interit, respondeatur, quod homo mitis, leo ferus sit: quod quidem nec hominem à mitibus ceteris, nec leonem à feras alijs distinguit animalibus.

De Proprio.

Proprium est, quod rem aliquam ab hominum communione discernit, ut risus. Hoc enim non est homini commune cum ceteris.

De Accidente.

Accidens est, quod in aliquo positum, nec pars eius est, nec separari ab eodem potest, ut per se posse existere, ut color in corpore, in animo disciplina.

Argumentum à parte.

AParte uero argumentum, non ad totum probandum dicitur, sed ad aliam partem, que continet questionem. Non enim probata pars totum probat, ut potest.

pote si oculus uidet, non ideo totum corpus uidet, cum refutetur totum uidere corpus: sed dialecticus iste tractus est. Nunc quemadmodum argumentum à parte ad partem sumatur, ostendam. Si pedes, si brachia tueri debemus, utique oculos diligentius afferuare. Cuius argumenti loco incurrere aliquando et aliud potest, quia à minore ad magis dicitur. Nec tamen ideo principalis argumenti ratio perturbatur, quia geminari aliquantum argumenta natura permittit. Hoc sèpe contingere, et in figuris solet, de quibus postea nobis erit dicendum. Fit nonnunquam et in hoc modo à partibus argumentum, cum inducta partitione, et propositis partibus pluribus, ceteris refutatis, aliquam concludimus partem, in qua sit quæstio constituta, ut si dicas, equum hunc, quem habes, aut emisti, aut dono accepisti, aut natus est domi, aut furatus es. Non autem emisti, nec dono tibi traditus es, neque natus est domi, furatus es igitur.

A Nota uel Etymologia.

A Nota uel Etymologia, ut Greci dicunt, sumimus argumentum sic: Si consul est, qui consulit reipublicæ, quid aliud Tullius fecit, cum affecit supplicio coniuratos. Quo in loco originem uocabuli tantum oportet attendere.

De Negocio.

A B his uero, quæ negocium uidentur attingere, argumenta ducuntur hoc modo. Primum à coniugatis, quo uno nomine proposito principali, per eius derivationem casu, aut tempore commutato aliquid approbamus, ut si pietas uirtus est, quod piè factum est, laudari oportet.

oportet. Constat enim laudabilem esse uirtutem. Quilo-
cus à superiori hoc differt, quia aliud est, unde nomen
impositum fuerit, perscrutari. Aliud per cognitionem
uerbi ab alio deflexi argumenti uim sumere.

A Genere ad Speciem.

A Genere autem, cum quod in toto ualet, ad speciem
quoque deducitur, ut si uarium ex mutabile
quiddam est fœmina, Dido etiam uaria, mutabilisq; ui-
deatur, possitq; ex amore in odium commutari. Hac ra-
tione illud Ciceronis astruitur. Nam cum omnium pro-
vinciarum, sociorumq; rationem diligenter habere de-
beat, tum præcipue Sicilie ò iudices. Hunc locum ille
à toto uidetur imitari. Sed interest illud, quòd in illo
à diffinitione, hic ab ipsa ratione, qua genus est, argu-
menta ducuntur. Et quod in genere totum est, quod to-
tum diuisione perit, genus manet etiam partibus distri-
butum.

A Specie uel à Forma.

A Specie uel à forma ducitur argumentum, ut fidem
generali faciat quæstioni, ut Cicero in Philip. Est
quædam actio lex. Actum enim genus est legis, quod
à specie, id est, lege lata à Cesare comprobatum est.
Quod item confirmat à similibus. Quære acta Grac-
chi, leges Semproniae proferentur. Quære Syllæ, Corne-
lia.

A Simili.

A Simili per se, ut Helena Troianis, si ciuilibus bela-
lis semē tu fuisti. Itē, ut sāpe homines agri morbo
gravi

gravi cum estu, febriq; iactantur ergo. Huic dissimilitudo contraria est, quae à Cicerone differentia nominatur. Quae res inter se diuisas, non aduersas ostendit: cuius Cicero ponit exemplum in Verrem. Sed tu idem fecisse eris estimandus, si eodem consilio fecisti. Hoc et in personis ostenditur, et in rebus, et in tempore, et in locis, et in alijs, que nunc memorare longissimum est.

A' Contrario.

A Contrario, ut uita et mors, ex quibus Terentius sic: Nam si illum obiurges, uitæ qui auxilium tulit, quid facies illi, qui dederit damnum aut malum: Cicero in tertio Philippicarum contra Antonium econtrario argumentatur dicens: Si ille consul fustuarium meruerit, legiones quid, quæ consulem reliquerunt?

A' Coniunctis.

A Coniunctis autem fides petitur, cum que singula infirma sunt: ea coiuncti uim ueritatis assumunt, ut si quid accedit, ut tenuis antea fuerit: quid si, ut audax: quid si, ut eius, qui occisus est inimicus: singula haec, quæ non sufficiunt, siccirco congregata ponuntur, ut ex multis iunctis res aliqua confirmetur.

Ab Antecedentibus.

A B Antecedentibus sicut Cice. cum ille non dubiteat ueritatem aperire, quid cogitauerit: uos potestis dubitare quid fecerit. Praecepit enim predictio, ubi est argumentum, secutum est factum, unde est quaestio.

A consequentibus uero conuersim, ut quæstio in antecedentibus sit, argumentum in sequentibus, hoc modo, ut si hoc secutum est, illud præcessit, ut si peperit, cum uiro concubuit. Exemplum de Verrinis. Si finem edicto prætoris afferunt Kalendæ Ianuarie, cur non initium quoque nascitur à Kalendis Ianuarijs?

A Repugnantibus.

A Repugnantibus argumentum est, cum ostenditur duo sibi cohærere non posse. Verbi causa, ut ex parasitus quis sit, ex ridiculus non sit, que per negationem simul esse non posse, prædicantur hoc modo. Non ex parasitus est gnato, ex ridiculus non est. Eius loci exemplum est in re magis ipsa, quam forma uerborum. Is igitur non modò à te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus, arguitur domi suæ te interficere uoluisse. Et in Cornelia prima Repugnare dicit, ut diuisores, quos honoris sui ministros esse uoluerat lege ambius uellet affligere.

A Causis.

Causarum locus latè patet, ex multa disputatione tractatur. Seā nunc formam eius satis fuerit demonstrare sub hoc exemplo. Sed cum ob tua decreta, ob iudicia, ob imperia dabantur: non est ita querendum cuius manu numerarentur, sed ciuius iniuria cogerentur. Sic ex Virgi. Me ne fugis?

Ab Effectis.

Ab effectis fit argumentum, cum in causa dubitatio est, ut factum probetur ex eo, quod homines etiam inuiti

inuiti seruabantur in uita. Fatum enim est causa uel uite, uel mortis. Illa uero effecta sunt fato uiuere posse uel mori. Cice. hinc probat Auli Hircij uitam, quæ populo cara est, quod ei populus plaudit. Hoc ex Virg. Degeneres animos timor arguit. Nā timor est causa, ut degener sit animus, quod timoris effectus est.

A Comparatione maiorum.

A Comparatione maiorum quis dubitet à Siculis pe-
tisse pecuniam Verrem, cū à Marco Octavio Ly-
gure postularet? Virg. Tu potes unanimis armare in
prælia fratres. Ex hoc utique probat, ex alienos posse
quod minus est. Teren. Nam qui mentiri, aut fallere insti-
tuerit patrem aut matrem, audebit tanto magis ex ca-
teros.

A Minorum Comparatione.

A Minorum comparatione, ut est Publ. Scipio, Ponti-
fex Maximus, Tyberium Grac. mediocriter labo-
factantem statum reipu. priuatus interfecit. Deinde iun-
git questionem, ubi modus est quidam. Catilinam orbem
terrae cæde atque incendijs uastare cupientem, nos consu-
les perferemus? Ex hoc Teren. loco illud. Hic parue con-
suetudinis: causa huius mortem tam fert familiariter.

A Parium Comparatione.

A Parium comparatione Cice. Et si non minus iucun-
di atque illustres sunt hi dies quibus nascimur. Et
in Pisonem: Nihil interest utrum ipse consul improbie
contionibus perniciosis legibus rempub. uexet, an alias
uexare patiatur.

H Is igitur breuiter demonstratis, illa quæ non exco-
gitantur ab oratore, sed à causa, aut à reis sugge-
runtur,

runtur, in tribus (ut diximus) rebus posita sunt. In scriptura, ut tabularum. In auctoritate, ut testium. In necessitate, ut tormentorum.

A' Scripto.

A Scripto argumentum petitur, cum ad dubia recte probationem, uel chirographum, uel testamentum transactionis, aut tabulae recitantur, cetera que huiusmodi: quae ita nota sunt, ut exempla de oratione non querant.

Ab Auctoritate & Testimonio.

A B auctoritate uero, ut Africanum dixisse iure causum esse Tyberium Gracchum. Aut cum testimonio, quo ueritas nudetur, affertur, ut Cneum Pomp. demissio frumento celeriter testem nobis orator inducit. Auctoritas igitur, aut iudicantis, aut testis est. Huic parti adiunguntur oracula, ceteraque id genus.

A' Necessitate.

N Ecceſtas uero dat fidem ex tormentis, aut somno, aut furore, aut* violentia: quae uocem alicuius rei extorquet inuitis. Quae omnia cum ad conjecturam causa, persona, facto adduntur, id est ipso testimonio, uel confessione, uel scripto capiunt fidem, uel amittunt. Nam nec causa dicentis attenditur, ex persona tractatur: Et ipsi scripturæ secum, aut cum causa qualitas comparatur. Sequitur ut ad ea, quae conciliant, aut permouent auditores, intentionem suam flectat assertor, quoniam ad fidem faciendam haec quoque pertinere prædictimus. Conciliatur igitur animi, tum personæ, tum rei dignitate. Personæ, aut auditoris, aut rei, uel ipsius oratoris, aut aduersarij. Audit

rij. Auditoris sic. Qualem te antea publicæ rei præbuisti, cum huic eidem questioni iudex preefes, talem te nobis & populo Romano hoc tempore impartias. Rei uero, ut pro Deiotaro, quem ornare antea cuncto cum senatu solebam pro perpetuis eius in nostram rem pub. meritis. Oratoris uero cum de se non superbè, sed moderatè loquitur: quale est illud. Cum quæstor in Sicilia fuissem ò iudices, itaque ex ea prouincia deceßsem, ut Siculis omnibus &c. Sed hæc plenius in exordiorū præceptis disseram. Ab aduersarij uero persona conciliatio fit, dum illius iniquitate, aut arrogantia demonstrata, nostra modestia commendatur. Sed hæc posterius & in principijs quanquam nunc nō orationis partes, sed dicendi formas, & facienda fidei species numeramus: quo loco pathetica quoque dictionis attendimus facultatem, cuius uis uel in communibus locis, uel in epilogis maximè continetur. Mea primordia quidē apud ueteres hac animorum per motione caruere, quod tunc demonstrabitur, cum ordendi præcepta tractabimus. Interim generatim, quibus mentes affectibus incitentur, nulla partium diffinitione sfignabo.

De Commotione animorum.

Commouentur igitur auditores, aut miseratione, aut odio, aut inuidia, aut metu, aut spe, aut ira, cæteris que similibus. Miseratione, cum calamitates alicuius magno dolore tractamus. Cum iniquitatē temporis, uel periculi magnitudinem memoramus, utin septima Verrinarum: Patres hi quos uidi &c. Ab odio, cum aduersarij factum, uel uiris bonis, uel iudicibus ostenditur execrandū, ut cū iudicū corruptio docetur à Verre iacta ri. Item

ri. Item cum in auaricia scelere, per iurio uos sui similes esse arbitratur. Inuidia est, quodam liuore inficit auditores, ut est, quod ad tuam ipsius amicitiam ceterorumq; hominum magnorum atq; nobilium, faciliorem aditum istius habet nequitia et audacia, quam cuiusquam nostrum uirtus et integritas. Item istum rebus omnibus undique creptis, impunè eludentem circumfluere et abundare. Potest quidem et illa res auditorum mentes incendere, ut si alicuius exageres tyrannicum spiritum, aut potetiam non ferendam. Metum uero excitari uel proprijs, uel communibus periculis. Proprijs, ut hoc est iudicium, in quo uos de reo publica res de uobis iudicabit. Communibus autem, ut est: Videor mihi uidere hanc urbem lucem orbis terrarum, arcem omnium gentium subito uno incendio concidentem. Spe quoq; animi perturbatur, cum beneficia aut obsequia permituntur, ut cum fidem Milonis Pompeo pollicetur, et Caelij in omni uita seruitum obstrictum uobis ac liberis habetis. Ita etiam uehemeter animos turbat, ut cum exaggerat et exclamat Tullius in curia sedere socios Catilinæ. O dij immortales ubinā gentium sumus? Quæ Respu. hic habetur? In qua urbe uiuimus? hic hic, et cetera. Similes alij permiscentur affectus, qui cum ad persuadendum plurimum ualeant, extra causam tamen sunt, nec apparere in oratore manifestius debent, ne insidijs iudicem capere, non ratione decucere uideatur.

De Dispositione.

His igitur ad fidem faciendam prudenter inuentis, ordo rerum est sociandus, quæ pars dispositio uocatur,

tatur, de qua quid dicēdū, quoue loco, quid penitus omit-
tendum, quomodo etiam, & quando, & ubi prudens-
ter inspicimus. Duplex igitur huius partis est ratio. Aut
enim naturalis est ordo, aut oratoris artificio comparatur.
Naturalis cum post principium, Narratio, Partitio,
Propositio, Argumentatio, Conclusio, Epilogus; conse-
quitur. Artificio oratoris, cum per membra orationis,
qua^e dicenda sunt, digerimus. Et hoc ex caus^e utilitate,
nō ex tēporis serie coaptamus, ut pro Milone factū, cum
questiones quasdam ante narrationem, ut praejudicia re-
futaret, induxit. Quod non ex ordine naturae, sed ex cau-
se utilitate mutauit. Et pro Cornelio primo refutata
sunt crimina, qua^e secuta sunt tribunatum. Post ad ipsum
tribunatum recursus est factus. Que dispositio artificia-
lis, ut diximus, nominatur. In Verrem autem naturalem
temporum ordinem tenuit, ut primum questuram, cum le-
gationem, deinde duas ei præturas obijceret, scrupula tem-
porum ratione: quam, nisi caus^e repugnet utilitas nece-
ssariò prosequemur. At ubi maiora quæq; potissimum
& inuidiosiora purganda sunt, ab his sumitur
refutationis exordium, pro Cluentio conjectura
partibus expeditis ad perscriptionem legis acceſſit, ora-
dine uidelicet commutato, ne si Cluentium legis aſſer-
tione non defenderet, fugere causam diffidētia nideren-
tur.

De Elocutione.

DVibus his officijs partibus absolutis, Elocutionis
cura est intimanda. Que cum constet in fin-
gulorum animaduersione uerborum, hoc ab eloquen-
tie

tie nomine separatur: quod illa totius operis oratorij uirtus est, haec pars habetur officij: cuius Cicero duo quasi fundamenta, duo dicit esse fastigia. Fundamenta sunt Latinè loqui, planeq; dicere. Quorum unum grammatico loquente didicisti, cum eius uobis insinuata est subtilitas. Fastigia uero sunt copiose ornateq; dicere, quod non ingenij, sed laboris est maximi, exercitatione etiam diurna: quia non solum uberior, sed illustrior quoque facultas acquiritur. Huius rei duplex ratio est. Una, qua in singulis uerbis lumen appareat. Altera, ut dignitas eloquendi copulationis ipsius decore seruetur. In singulis uerò rebus, aut proprium, aut translatum, mutatumq; conquiritur. Propria sunt uetus praincipia: nam tum, cum proceres uel nescirent haec dicendi ornamenta, uel appetere non auderent, proprijs utebantur. Sed quia uerborum ueterum iam excoleuit usus, non sunt audacius usurpanda illa, quæ cum etate mutata sunt. Ita que hallucinari, ex cerritum, ex caperatum, similiacq; prætereunte utemur his, quæ consuetudo recipiet. Nec tamen sordidis, nisi cum rei sententiæq; uis exigit: ut Ciceron uolens crudelitatis inuidiam facere ait: Gurglionibus electis reliquerunt, ex uirgis plebem Romanam concidere. Nec indecorè Virgilius uitandæ humiliatis aucupio lychnos p lucernis ait. Quod si sua res propria uerba non habeat, nouanda sunt, aut alienis utendum. Nouantur autem duobus modis uerba, aut quazdam fictione uerborum, aut declinatione præsumpta, aut duorum, quæ usitata sunt coniunctione cōposita. Finguntur maximè, cum transferimus, ut qui uolent in qualitatem esse dixerunt. Quod nomen nunquam fuerat in

in Latinis, quo ex auribus temperandum, et insolentia
fugienda. Quam uitās Cicero Soterem saluatorem noluit
nominare. Et ait. Quā in salutem dedit. Illud enim nimis
insolens videbatur. Derivatione quoque fiunt uerba,
que grammatici paragoga nominarunt, ut dicimus. Flo-
rea rura, et campi que uirentes ossibus albent, quod sa-
tis crista flexione Oratius albicant dixit. His plerunque
grammatice utitur: licet Tullius glandiferas possessiones
dicat. et grandiloquos oratores. Huic diligentia subiun-
gitur translatorum cura uerborum; cum res aut sua non
inuenit uerba: aut cum uolumus splendidius aliquid ex-
plicari. Ergo aut inopie, aut decoris causa transferun-
tur. Inopie, cum dicimus gemmare uitem, et luxuriare
segetes, letasque perhibemus: desunt enim propria, et
commodantur ascita. Decoris uero, ut bellum subito
exarsit, cum potuerit dici, extitit. Et item possumus
ab omnibus sensibus mutuari, ut ab oculis lux libertatis,
et odor legum. Et silent leges inter arma. Et à gustu.
O nomen dulce libertatis. Verum non debet hæc transla-
torum, alienorumq; uerborum affectatio, sine moderatio-
ne captari. Nec longe petita debent esse translata, ut si
dicas, Luxuriosam Charybdim. Vitandum quoq; ne tur-
pis sit similitudinis usurpatio, ut si dicas, Castratam
Africam, mortuam rempub. Aut Clodium sterlus Sena-
tus. In hoc genere transferendi etiam allegoriam poëta
principiū nexuerunt. Et Cicero, cum dicit, senatum à gu-
bernaculis deiecc̄ses: populum Romanū è nauī exturbas-
ses. Ipse archipirata grege prædonum impurissimorum
pleniissimis uelis nauigares. Et in Pisonem. Ut qui
in maximis tempestatibus ac fluctibus Reipublicæ
nauim

nauim gubernassem, saluam' que in portu collocassem.
 frontis tue nubeculam, et collegae tui contaminatum spi-
 ritum pertimescerem. Vsurpatis ergo his similiter pluri-
 bus uerbis elocutus est, que suis fortasse angustius aut
 bumilius diceret. Item translata quodammodo sunt, que
 aut ex parte totum, aut ex toto partem, aut ex uno plus
 res monstrant, aut ex pluribus singula. Ex parte totum,
 ut in puppim ferit unda. Aut me hisdem parietibus tuto
 esse tecum, pro eadem domo. Hunc Tropum Metonymiam
 grammatici memorauerunt, κατεργησιμη, etiam Greci,
 quam nos abusionem dicimus, ut cum perhibemus natu-
 ram deorum pro substantia. In coniunctis uero uerbis,
 orationis' que contextu, seruanda sunt haec, ut constru-
 ctio coaugmentata, et conclusio perfecta proueniat, et
 quodam scheme dictio uenustetur. Iam compositio-
 nis precepta percurram, cuius uitium maximum est, hiul-
 cas et asperas uoces, frenos etiam iotaclismos, metacis-
 mos, labdacismos, homoeoproferon, disproferon et poly-
 sigma non uitare. Vel cuiuslibet literae asiduitate in
 odium, imperitiam, ut sale saxa sonabant. Et, casus Cas-
 sandra canebat. Metacismus est, cum uerborum coniun-
 ctio M literae asiduitate colliditur, ut si dicas Mammans
 ipsam amo: quasi meam animam. Labdacismus est, ubi L,
 plurimum dissonat, ut si dicas: Sol et luna luce lucent,
 alba leui lactea. Iotacismus, ut si dicas, Iunio Iuno Louis
 ure irascitur. Polysigma, ubi S litera trebrius geminatur.
 Sofia in Solario Soleas sarciebat suas. Homoeoprofe-
 ron est, cum dicitur: O tite tute tati tibi tanta tyranne
 tulisti. Dispropheron, ut si quis dicat, persuasi trices,
 prestrigiatrices atque inductrices tygres. Aspera inter
 penultima.

penultimam, ultimamque uerborum maximè uitanda,
cuius exemplum est, ut si dicas, Phaleras ablatas gratis,
aut si iuret auriga per lora, per flagella, per frena. Hi u-
cæ sunt, cum in ea parte, quam diximus, similes uocales,
ac similiter longæ, collisam, hiantemque structuram fa-
ciant, ut si quis dicat, suscepisse se liberos secundo omi-
ne. Et ut Tullius pro Milone ait, Auctoritate publica ar-
mare. Quod quidem artem disimulans plerunque appex-
tit uoluntate. Vitandum similiter ne in eodem loco tres,
aut quatuor longas, breuesque continuè ponamus: neuc
in notissimos uersus, et maximè heroicos structura fun-
datur, Iambicosque uersus, quamvis eos Cicero non eu-
tet, cum dicit: Senatus hæc intelligit, consul uidet. Et
heroici uersus finem uel initium non declinet: Cur dicit,
O miserum, cui peccare licebat. Et in Academicis: La-
tent ista omnia Varro magis obscurata et circumfusa
tenebris. Et in Verrinis, plenum uersum una quidem syl-
laba mutilum fudit, cum dicit. Cum loquerer tanti fletus,
gemitusque fiebant. Nec finem uitauit elegi, sicut ait:
Oderat ille bonos. Incurrit etiam in endecasyllabi phan-
tutici petulantiam dum dicit: Succedit tibi Lucius Me-
tellus. Hic tamen uir et longo opere, et ipsa sui maiesta-
te defenditur. Cæterum in clausulis uitiosissimum reperi-
tur. Animaduertendum autem ne cum similitudinem uer-
sus effugimus, bonam clausulam transeamus, ut si timeas
dicere, strepitumque plagarum, cum pla, longa sit, et
bonam clausulam fecerit. Vitandum etiam in eodem loco
cacephaton uel interpositione, uel commutatione uer-
borum. In honesta enim exempla sunt, ut Arrige aures
Pamphile. Atq; creptæ uirginis ira. In his enim sordescit
n oratio.

oratio. Vitandi etiam freni, qui fiunt ex asperimis literis in unum concurrentibus, ut est illud Teren. in Ecyra. Perpol quā paukos reperias meretricibus fideles euenire amatores Syra. Et ab ijsdem literis incipientia, ut est. Non fuit istud iudicium iudicij simile iudices. Et in eadē desinentia, ut fortissimorum proximorum, fideliissimorumque sociorum in eodem uitio habentur. Item penitus fugiendum breues syllabas continuare quā plures, ut est illud Sereni: Perit auipedis animula leporis.

De Pedibus.

His breuiter intimatis, pedes sunt asserendi, quibus clausulae decenter aptentur: quos quidcm Cicero quadam permixta confusione perturbat, dum dicit, Modò ditrochæo ionicum concludendum, modò Peonem primum probat incipientibus: modò finientibus, modò Dochimum, qui constat breui, duabus longis, breui et longa: cuius exemplum posuit: Amicos tenes. Item Amphimacrum pedem, et rursus dactylicum numerum laudat: modò anapesticum: modò deuteriambicum laudat, nec tamen certa scientia est. Ego tamen compendiosiora percurram, ut in hac sylua quibusdam uidear præire transmitibus.

De Monosyllabis.

IN monosyllabis inspiciendum est, utrum finalis longa breuisne sit. Si enim longa est, præire debet Trochæus, ut est illud Ciceronis. Non scripta, sed nata lex.

Aut

Aut debet esse legum in repub. prima uox, que tamen pendente sensui apta conclusio. At uero si breuis fuerit monosyllaba, iambus aut Anapestus antecedat, ut ait Sallustius. Tota autem insula modica ex cultibus inanis est. Breuem uero breuis, aut longam longa, non sine uituperatione sectatur, ut si dicas, ista res mea est: aut contra: Quod Cicero pro Ligario: Non tu cum patria priuare qua caret: sed uita uis. Quid uoluptate orator non errore composuit. Verum hoc de monosyllabo superius preceptum in Collo melius collocamus, commate non in fine sententiae.

De Dissyllabis.

*D*issyllabi uero iambico numero non iure clauduntur, sed si penultimus Spondeus, mox iambus aptetur, ut si dicas, Tenui seruos meos. Aut Pyrrichius pro Iambo, ut Consul uidet. At bona clausula est ex Iambo ex Spondeo, uel ultimo trocheo, ut si quis dicat: Patria continet bonos ciues. uel asserit caput legis. Cauendum est autem, ne aut duo iambi, aut iambus ex pyrrichius in fine ponantur, ut si quis dicat, pugnare iuuenes pro parentibus suis. Cauendum etiam, ne pyrrichius post pyrrichium ueniat, ex quatuor breues faciat, ut si quis dicat, perdidisti bona mea. Aut post pyrrichium trocheus, spondeus, ut si dicas: Conqueritur sua fata: aut imputat sibi demens. Sed ex trocheus ex iambus, uel pro Iambo post trochaeum pyrrichius, malam clausulam faciunt. Hunc enim finem elegiaci pentametri turpiter reddit: Quid enim interest, utrum dicas, omnia nempe ui-

n 2 des.

des, an uero dicas: Aspice facta mea? Bene autem ponuntur, uel duo trochæi, uel trocheus & spondeus in fine clausulae, ut si quis dicat: Hec est bonorum ciuium magna cura. At haec sunt, quæ maximi principes sola curant.

De Trisyllabis.

TRISYLLABIS clausulam terminantibus lex est. Si modo eam uelis leniter fluere, ut trocheo precedente penultimam Molossus subsequatur, siue longam habeat nouissimam syllabam, siue breuem iure metrico, ut illud est Tullij: Mare fluctuantibus littus electus. Fit autem pessima clausula, si pro trocheo penultimo spondeum prelocaueris, ut si dicas, Mare fluctuantibus rupes electis. Item pessima, si pro trocheo pyrrichium premiseris, ut si dicas, mare fluctuantibus, apis electis. Item uitiosa est conclusio, si nouissimi molossi, prima syllaba breuis fiat, quamvis trochæo ritè premisso. Tunc enim heroicum comma nascitur, ut si quis dicat, littus amicis. Item bona clausula fit, si pro nouissimo molosso ionicus minor ponatur post trochæum, ut si dicat, mare fluctuantibus littus agitanti. Sed in hac clausula cauendum, ne pro trochæo penultimo spondeus ponatur: nam tunc sic solueris tertiam molossi, in uitium cadis, in quale incidit Cicero, cum dicit, Si te semel ad meas capsas admisero. Si autem penultimo trochæo medium molossi solueris, pulchram clausulam feceris, ut sit dicas: Littus Emilie. Item trochæo penultimo pulchre etiam tertia molossi resoluitur, ut si dicas, Littus æquabile. Item si trochæi penultiimi longam solueris, ex primam molosso

molofsi ultimi, fit elegas clausula, ut est, curas regere animorum.

Sententiarum autem figuræ hæ sunt.

IRonia est simulatio, in qua aliud uerbis significamus, aliud re ipsa sentimus, ut est principium pro Lygatio. Nouuum crimen C. Cesar. Paralipsis est præteritio, cum prætermittentes quædam, nihilominus dicimus. Apostrophe est in aliquem districta conuersio, frequens apud Ciceronem, ac nobilis figura. Hæc est, cum in alia quæ sic conuertimus actionem, ut ex ea iudices doceamus. Diaporesis est addubitatio: qua figura utimur, cum ueluti dubitantes ab ipsis iudicibus inchoamenti consilium postulamus, ut est pro Cluentio. Evidem quò me uertam iudices nescio. Et pro Cornelio: Pugnem contra nobilissimorum hominum studia, consilia, rationesq; eorum aperiā, &c cetera. Erotema est interrogatio, qua figura utimur, cum interrogando aliquid coaceruamus, & exaggeramus eius inuidiam, Pyxma est quæsitum, quæ figura à superiore è differt, quòd interroganti una uoce tantum responderi potest: questio autem nisi pluribus responderi non potest, ut cum dicimus: qua igitur ratione bellum geremus, quæ auxilia nobis parata erunt? Quis erit, qui subuenire uult, cum tam acerbè socios tractauerimus? Diatyposis est descriptio uel deformatio, cum rebus, personis que subiectis, & formas ipsas, & habitus exprimimus, ut Tullius pro Milone. Si haec non gesta aduistis, facta uideretis, & Milonem in Rheda sedentem penulatum cum uxore: item Clodium cum equo & dele-

Etis uilla egredientem, ex cetera. Antisagoge contraria inductio. Hæc figura est, cum aliquid difficile est, ex contrariū conferimus, ut Cicero de rege Ptolomæo. Difficilis rō belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis. Dia sysmos est eleuatio uel impressio. In hac figura laudates, quæ dicuntur, ab aduersarijs nostris dissoluimus: quælis est in Murentiana. Totus ille in Sulpiciū locus de iure ciuili. Methathesis est transmotio quedam, hæc est, cum rem à nobis alio transmouemus, sed non ita, ut ibi totam causam constituamus, alioquin status incipit esse, non figura.

Quot modis fiat elocutio.

Hactenus de sententiarum figuris, nunc ad elocutionum figuras træscamus. Sed uolo breuiter memorare, quot genera sint elocutionis: quotq; modis ea utendum sit. Est igitur familiaris omnis narrationis generi, quam Græci επιμονόλεξη appellant: quæ ita connectitur, ut superiorem elocutionem semper proxima sequatur: ex historiæ conuenit, ex narrationi, ex non conuersum. Neq; circumscriptum cloquēdi genus desiderat, sed diffusum atque continuum, ut illa sunt in Miloniana: Occidi occidi non spurium. Melium, quod annoe leuandæ iacturis, ex cetera. Est alia quam Græci τετραδοψ appellant, quæ sententiam quandam circumscriptione definit, atque determinat. Quale est in Cecinniana: Sed quantum in agris, locisq; desertis audacia potest: tantum in foro, iudicijsq; impudentia ualeret, non minus nunc Aulus Cecinna cederet Sexti Ebucij impudentiæ, quantum in ui facienda cessit audacie.

audacia. Que multis constat ex membris, que
 μῶλα Græci dicunt: ex Excessis, que κόμματα ap=
 pellant. Membrum est pars orationis ex pluribus
 uerbis absolutè, aliquid significans hoc modo. Et si
 uereor iudices, ne turpe sit pro fortissimo utro di-
 cere incipientem timere. Cæsum autem est pars ora-
 tionis ex duobus, aut pluribus uerbis, dum quicquām
 absolutè significamus: quamquām cæsam orationem
 dicamus, cum singula uerba quoduis significantia
 proferuntur, ut est, Quis est Lolli, qui sine ferro
 ne nunc quidem tecum est? Quis est iste Lollius, ar=
 miger Catilina, stipator tui corporis, concitator ta=br
 bernariorum, percussor, lapidator curiae? Et in Ver=br
 rimis. Comites illi dilecti manus erant tuae. Accensi,
 medici, aruspices, scribæ tuæ erant manus. Verum
 superior Periodos constat ex duobus membris, ex ex=br
 tribus, ex quatuor, interdum et sex. Quamvis ex
 uno membro putent nonnulli posse compleri, quem
 μονοκῶλον περίσσου appellant, cum sit colon potius.
 Optima igitur oratio fiet: si nunc ex ambitu periodis
 co, nunc ex illa continuazione perpetue elocutionis
 aptetur. Nonnullisque cæsis interrupta cum fuerit,
 aliquando colo consociet. Differit autem figura elo-
 cutionis à figura sententiae, hoc, quod sententiae figu=br
 ra, immutato uerborum ordine, manere non poterit,
 quamvis plerunque fieri potest, ut sententiae figuræ
 coniungantur: cum elocutionis figura, ut in Ironia,
 que figura est sententiae, Epanaphora permiscetur, que
 est elocutionis.

Svnt igitur figurae elocutionis, aliæ ad ornandum tan-
tum, & quasi pingendam orationem commodata. Aliæ uero ad significationis uim intimandam, quibus nunc
utimur. Antiteton, id est, compositum ex contrarijs, cum
uerba pugnantia inter se paribus uocibus colliduntur, uel
paria paribus opponuntur: ut est Ciceronis, domus tibi
deerat, at habebas. Pecunia superabat, at egebas. Aut si
dicas, In pace ad uexados ciues acerrimus, in bello ad pri-
gnandos hostes inertissimus. ἵστορωλογιον exæquatum mem-
bris: quod fit non impugnantibus inter se uerbis, sed pari-
bus exæquatis, ut si dicas: Classem speciosissimam & ro-
bustissimam extruxit. Exercitum pulcherrimum & for-
tiissimum legit. Sociorum maximam & fidelissimam ma-
num comparauit. Parison propriæ æquatum. Hæc figura
differt à superiore, quod ibi omnia membrorum genera
paria sunt numero, hic uno uel altero addito in quo quis
loco cætera excurrunt. Homœoptoton simile casibus. Nā
ex eo nomen accepit, quod colla omnia in eosdem casus
cadunt, ut est. Huic socios uestros criminanti, & ad bel-
lum uos cohortanti, & omnibus modis, ut in tumultu
ejetis, uolenti. Homœoteleuton, simili modo determina-
tum: differt à superiore, quod illud & casa & sono simi-
li postrema uerba determinat, hoc uero soni tantum si-
militudine, sub quacunque uerbi enunciatione componi-
tur. Paranomasia, leuis immutatio uerbi ac nominis, id
est, cum syllaba aut litera mutata, diuersa significat: ut si
icas, prætor est, uel potius prædo. Ploce, id est, copula-
io, in qua idem uerbum, aut nomen continuo positum,
diuersa

diuersa significat, ut est: Sed tamen ad illam diem Memmius, Memmius ad illud tempus, Memmius in alio. Palinlogia iteratio. Hæc figura repetito uerbo aut nomine, non diuersa uult intelligi, sed uehementius repetita significat, ut est: Nos nos, dico apertè, nos consules de sumus. Epanalepsis est repetitio, hæc figura à superiore distat, quòd illa eadem parte orationis repetita coniungitur, aut uno alteroue uerbo interposito, aut hec non una parte orationis, sed prout libuerit societatis uerbis, ut est: Non potest, iam non potest hæc libera ciuitas esse. Anadiplosis est replicatio optima, cum ea que in priore membro postrema ponuntur: in posteriore prima repetuntur, ut est illud Teren. Negat hanc sibi cognatam Demipho. Hanc Demipho negat esse cognatam. Proapodosis redditio orationis, id est, cum nomen in postrema parte membra, aut eadem, que cunque pars orationis redditur, ex quo idem membrum coepit, ut si dicas, publicas tibi calamitates imputare debes respublica. Epanaphora relatio, quoties per singula membra eadem pars orationis repetitur, hoc modo: Verres calumniatores opponebat, Verres de causa cognoscebat: Verres pronunciabat. Antistrophe conuersio, hæc figura hoc differt à superiore, quòd illa ab eadem parte orationis sèpius incipit: hæc in eadem terminatur, ut est pro Fonteio. Maximus numerus è Gallia peditatus, amplissime copiæ è Gallia, equites numero plurimi è Gallia. Symploce connexio: nam et incipit sèpius ab una parte orationis, et toties in unam atque eandem definit, ut est, quis legem tulit?

n s Rullus.

Rullus. Quis decemuiros quos uoluit, creauit? Idem Rullus. Polyptoton ex pluribus casibus, cum sepius initium ab eadem parte orationis fiat, illa ipsa pars declinationibus, aut numeris immutatur per casus, ut est, senatus iussit, senatui placuit, senatum certum est praecepisse, à senatu delectus est. Synonyma est communio nominis, quoties uno uerbo non satis dignitatem rei, aut magnitudinem demonstramus, ideoquæ ad eandem significationem plura conferimus. Tautologia est eadem pluribus uerbis significatio. Hoc differt à superiore, quod ibi singulis uerbis eadem res, in hac plurimis significatur. Climax est ascensus, ut est, Ciceronis pro Milone, Neque uero ~~populo~~ solo lum, sed etiam senatui commisit. Neque senatui modo, sed etiam publicis socijs & armis. Neque his tantum, uerum etiam eius potestati: cui senatus totam rem publicam commiserat. Asyntheton est solutum, ut ademptis coniunctionibus, quibus uerba, aut nomina connectuntur, singulatim unumquenque nunciamus, ut est: expecto uim edicti, severitatem prætoris, faueo oratori, cupio suppicio octuplo damna-ri Aphronium. Diezeugmenon disiunctum appellamus, cum diuersis redditionibus uerborum cola disiungimus, siue duo, siue plura, hoc modo: Capuam colonis deductis occupabunt, Atellam præsidio communi-ent, Nuceriam cum hac multitudine suorum obtine- bunt, cætera oppida præsidij deuinciēt. Antizeugmenon iniunctum. Hæc figura à superiore hoc differt, quod ibi singulis membris, singula diuersa redduntur, hic

hic plura in uno coniugimus, ut est: quorum ordo ab humili fortuna, sordida, turpi, ratione abhorret. Hoc enim postremum, abhorret praedicta coniunxit. Pleonasmus est plus necessarium, cum uerba quedam dicimus, non enunciando rei necessaria, sed magnitudinis cumulatae, ut si dicas: Antonius ille, cum sufficerit nomen dixisse, ad amplitudinem adiicimus, ille, Eclipsi est de-tractio, contraria superiori figuræ, cum verbo aliquo minus dicto, rem sentiendam potius preterimus ipsa celeritate gratissima. Hæc sunt elocutionis figuræ, quas quidem non oportet, uelut studiosè copulatas in unius conceptionis sententiam congregari.

De Memoria.

Nunc ordo precepta memorie subministrat: quam quidem constat esse naturalem, sed ex arte adiuuari posse non dubium est. Hæc ars autem brevibus preceptis, sed magna exercitatione forma- tur. Cuius artis hoc munus est, ut non tantum firma, uerum etiam celeri comprehensione res, uerba que percipiantur. Tenenda uero sunt non ea tantum, que à nobis inuenta sunt, sed etiam que ab aduersario in agendo tractata sunt. Simonides huius rei præcepta inuenisse perhibetur, poëta, idemque philosophus. Cum enim conuiuij locus subito corruisset, nec possent propinqui obritos internoscere discumbentium ordinem, nominaque memoria recordante sug- gesit. Quo admonitus intellexit ordinem esse, qui memoria

memoria precepta conferret. Is uero in locis illustribus meditandus est: in quibus species rerum, sententiarumque imagines collocandae sunt: ueluti nuptiarum uelatam flammœo nubentem, aut homicida gladium, uel arma detineas. Quas species locis tanquam depositas memoria reddat. Nam sicut id, quod scribitur, cera continetur, ex literis, sic quod memoria mandatur, in locis tanquam in cera, pagina que signatur. Imaginibus uero quæ si literis rerum recordatio continetur, sed ut diximus, magnam exercitationem res laboremque conquirit. In qua illud obseruari compertum est solere, ut scribamus ipsi, quæ facile uolumus retinere. Deinde, ut si longiora fuerint, quæ sunt ediscenda, diuisa per partes facilius inhærescunt. Tum apponere notas rebus singulis oportebit, his, quas uolumus maximè retinere. Nec uoce magna legenda sunt: sed murmure potius meditanda, ex nocte magis quam interdiu maturius excitari memoriam mani festum est: cum ex latè silentium iuuat, nec foras à sensibus uocatur intentio. Est quidem memoria rerum atq; uerborū, sed nō semper ediscēda sunt uerba, nisi spaciū meditandi tempus indulserit. Sat erit, cui res ipsa animo tenuisse, presertim, si nihil eius muuere naturali prouenerit.

De Pronunciatione.

Actionem apud ueteres appellabam, quam nunc pronunciationē vulgo dici non nescio. Ea præstat oratio, ut concilietur auditor, ut ad fidem persuasione ducatur, ex animorum motibus incalescat. Eius partes sunt tres, vox, uultus, gestus. His, ut plerique putant, cultus

cultus uel habitus oris accedit. Vox ex natura constat,
 et quadam scientia modificata seruatur. In natura qua-
 litas uocis, et quantitas dispensatur. Scientia uero quo
 modo ea utaris a sequitur, et quid oporteat obseruare.
 Bonitas uocis constat claritate, firmitate, suauitate: que
 omnia nutriuntur, cibi, potus, coitus, obseruantia, pre-
 cipueque, ut corpus deambulando moueat, intra breve
 spacium, reditu maturato: qui motus cum digestionem
 facilem praestat, sine dubio purgat. Et uocem nimia ex-
 cursio, uel longa deambulatio extenuat, ac fatigat. Post
 hanc deambulationem statim nos ad studia conferamus,
 priusquam que sit dicendum, uocem lectione coloremus.
 Nec ab initio clamandum, sed tenui murmure inchoan-
 dum: quo in similem uocem possis efferre. Ad curandam
 autem uocem plerique pertinere dixerunt, ut sedentes pau-
 ciissimos uersus lenta, et graui proferant uoce. De-
 inde per gradus paulatim erigant sonum, per eosdem
 gradus recolligatur oratio, quo sine danio ad murmur
 usque perueniat. Vultus uero pro sententiae dignita-
 te mutandi sunt, sed non ita, ut histrionibus mos est, qui
 ora torquendo ridiculos motus spectantibus praestant.
 Significanda enim non spectanda sunt ista, que actio,
 uultusque commendat, sed oculorum in hac parte ma-
 gna moderatio est, qui tum hilaritate, tum intentione,
 tum minaci mouetur aspectu. Nec nimium graui-
 ribus supercilijs premendi, aut potentibus frontem
 nudandi sunt oculi: quod in Pisone Tullius amare
 uituperat. Nec mollius agitandi sunt gestus, haud
 muliebriter latera deducenda sunt: nec iactanda de-
 formiter ceruix, ne in illas Hortensij deducatur illece-
 bras,

bras: quibus et si uenustè, tamen non uidebatur uti uis-
rilater. Ad summam non is gestus oratori tenendus est,
quo scœnæ placere uidentur actores. Manus in con-
tentionibus fusi porrectius, in sermocinatio ne uel nar-
ratione contracta, præcipueq; in hac parte præstan-
dum est, ut deceant cuncta, quòd prudentia magis quam
ulla præceptionis huius arte seruatur.

De partibus Orationis.

IAm nunc ordo admonet promissorum, ut partes ora-
tionis excurrant, quas quidam subtilius duas, alij
quimque non plures esse dixerunt. Qui autem duas as-
serunt: unam, qua docemus iudices: aliam, qua mouemus,
aduertunt et in docendo, tam narrationem, quam con-
firmationem partes ascribunt. In mouendo autem pro-
œgium et epilogum nexuerunt: quia et initio præ-
parandus est, et commouendus sententiam prolatus
auditor. Qui uero quinq; dixerent partes, rationalem or-
dinem persequuntur. Nam est, exordium, narratio, pro-
positio, argumentatio, peroratio.

De Exordio.

Exordium est oratio noscenda; cause preparans
auditorem: eius uirtutes sunt tres, ut attentum, ut
docilem, ut beniuolum faciat auditorem. Attentum
facimus, si magnam rem geri, si nouam, si publi-
cam, aut plurimam dicimus. Docilem, si de causa ali-
quid strictim, quo instruamus indicem, proferatur. Be-
niuolum, aut à re, aut à persona facimus. A' persona au-
tem

tem, aut à nostra, aut iudicum, aut aduersariorum.
 A' nostra, si quod fauorable gesimus, commemo-
 ramus. Aut si quid obest cause, diluimus, uel exte-
 nuamus. A' iudicum, si eos nobis nel ex causa ipsius
 blandimentis, uel extrinsecus conciliamus. Ab ad-
 uersariorum autem persona tribus modis, si eos in
 odium, in inuidiam, in contemptum adducimus. In
 odium, si scelestos crudelēsue doceamus. In inuidiam,
 si eos impotentes esse monstramus. In contemptum
 uero, si humiles. Ceterum exordiorum genera sunt
 duo, principium et insinuatio. Principium est, quo
 statim simpliciter, palamque conciliamus nobis au-
 ditores. Insinuatio, cum insidioso exordio iudicem
 circumscribimus, in quo modi sunt quatuor. Pri-
 mus, cum res ipsa mala est. Alter, cum aduersum
 nos iudex aliquid contraria opinione presumpsit,
 aut fatigatus est, aut acclamatio, uel irrisio ulla
 interuenit. Ante cuncta discutiendum, que sit forma
 materiae. Nam sunt quinque, honesta, turpis,
 dubia, humili, obscura. Si honesta est, aut prin-
 cipio non utendum, aut amplificatione exordium con-
 cludendum. Si turpis, insinuatione utendum. Si du-
 bia, beneuolus faciendus auditor. Si humili, atten-
 tus. Si obscura, docilis. Insinuatio uero quatuor
 modis explicatur. Cum aut personam rei subie-
 ctione mutamus, aut rem persona, aut rem re,
 aut personam persona. Nam si in causa meretri-
 cis agendum est: rem potius iudicibus spectandam
 esse dicimus. Aut si libertus alicuius, aut cliens
 agat personam patroni: non huius considerandam
 esse

esse admoneamus, atque ita cætera. Vitia uero exordiorum ista sunt: Vulgare, quod in omnes causas cadere potest. Commune, quo etiam aduersarius uti potest. Contrarium, quo melius aduersarius uteretur. Affectatum, quod aut uerbis iusitatis, aut rebus externis profertur. Superuacuum quod neque attentum, neque docilem, neque beniuolum facit auditorem. Fugiendum præterea nefatis longum & obscurum sit.

De Narratione.

Narrationum genera sunt quatuor, historia, fabula, argumentum, negocialis vel iudicialis assertio. Historia est, ut Liuij. Fabula neque uera est, neque uerisimilis, ut Daphnem in arborem uersam. Argumentum est, quod non facta, sed que fieri potuerunt, continet, ut in comoedijs patre timeri, & amari meretricem. Iudicialis autem narratio est rerum gestarum, aut uerisimilium expositio. Narrationis autem laudes tres sunt, ut lucida fit, ut uerisimilis, ut breuis. Et his contraria uitia vocantur. Lucida est narratio, si non confusa, si uera, si usitatis significationibus, si non longo circuitu rem monstramus. Verisimilis, si nihil affectatè, & quasi ex natura exponere uideantur. Brevis, si non ultra quam res exigit, & prolixè fundatur assertio. Narrationū, aliæ sunt ipsius causæ & negotijs, aliæ incidentes. Ipsius causæ sunt, sine quibus res, quæ agitur, intelligi non potest. Incidentes, quæ aut probationis gratia, aut exempli, aut agendi, aut inuidiae, aut uoluptatis extrinsecus afferuntur. Nonnulli quinque species narrationis esse dixerunt, ut Theodo-

ut Theodorus Bizantius Græcè discernit, προδιηγοσι, ὑποδιηγοσι, ταρξοδιηγοσι, καταδιηγοσι. Narrationis etiam elementa sunt sex, persona, causa, locus, tempus, materia, res. Item narrationum, aliae continuae, aliae partiles vocantur. Continuae, quæ perpetuò cōtextu sine ulla interruptione dicuntur. Partiles, quibus, uel argumentum, uel digressio aliqua interponitur. Narramus autem modis sex, aut augentes aliquid aut tenuantes, prætereuntes, aut mouentes, docentes gratiam, uel inuidiam comparantes. Post narrationem quidem digressiōnem, quam Græci παρεπέδους vocant, oportet adiungere: quo uel incitamus iudices, uel delinimus. Sed quoniam pars orationis non est, et nō semper arripienda est, eam placuit præterire.

De Propositione.

Propositio aut nostra est, aut aduersariorum, aut communis. Nostra ut cædem obijcio. Aduersariorū, cædem me fecisse dicit. Communis, uter nostrum cædem admiserit, queritur. Propositiones autem principalium quæstionum sunt, aut incidentiū, aut simplices, aut coniunctæ. Simplex, ut Luxurialis es, meretricem amas. Coniunctæ autem per partitionem maximè proponuntur, quæ dupliciter sunt. Aut enim simpliciter quid dicturi sumus ostendimus, aut antequād nobis cum aduersario conueniat, quid in dubium vocetur, edicimus. Propositiones, aut nudæ sunt, aut rationi subiectæ. Nudæ, ut affectasti tyrannidem. Rationi subiectæ, affectasti tyrannidem: arma enim domi habes. Omnes autem sumuntur,

•

aut

aut simpliciter, aut per inductionem. Simpliciter, ut si dicam, docebo proditorem. Per inductionē, ut si superioris meminimus, ex sequentem introducimus, si dicas: quoniam docui iniustam legem, docebo inutilem. Proposimus autem, aut per concessionem, aut per præteritionem. Per concessionem, cum gratiam facientes eius, quod diximus prius, aliquid introducimus, ut si dicas: Concedo interim occisum: sed ab hoc interemptum nego. Per præteritionem, cum ita transimus ad alteram propositiōnem, ne superiorem interim concedamus, ut si dicas, Nūc quoniam docui ignominioso actionem de priuatis rebus tantum negari: docebo de prodigionis crimine non negari.

De Partitione.

Partitio est, quæ ordinem totius diuisionis breuiter comprehendit, ut est pro Quintio. Negamus te bona publiij Quintij possedit ex edicto prætoris. Et primo sic incipit: Nullam causam fuisse postulandæ proscriptiōnis. Huic subiicit, nec ex edicto possideri potuisse ad extremum, nec possessa esse. Hæc inquit tria cum docuerō, perorabo. Animaduertis corpus totius orationis per hæc tria liniamenta digestum esse. Talis autem debet esse partitio, ut singulæ partes eius plurimas questio[n]es in se contineant. Nam si fuerit, ex per incidentes questiunculas deriuatae, onerabitur ipsa partitio. Et ex hoc rebuntur iudices rerum copiam fugiendam. Ideo ex Tullius in eadem Quintiana sic partitus est, ut singula capita plures questionum articulos continerent. Etenim primum illud non fuisse causam postulandæ proscriptionis.

proscriptionis. Vide quanta contineat, quod pecunia debita Sexta Nevio non fuerit, et aliter agi oportuerit, quod Quintius uadimonium non deseruerit; secundum quod ex edicto possidere non potuerit, quod ex procuratore habuerit, et absens defensus sit, et non latitauerit, et certi creditores Quintij sint. Et quod ante missum sit, ut fundo communis expelleretur, quam proscriptio eius imperaretur. Et quia si deictus sit contra quam prætor iussit. His igitur manifestum est intra partitionem questiones esse ponendas, quae in executione sint divulganda: ut iudex ex nobis attentus fiat, et promissorum copia non grauitur. Illud etiam inspiciendum, quae nobis cum diuersa parte convenient: quae in controvèrsiâ deuocetur, et ea quae cōueniunt, tunc enumerâda si nobis prosunt, ut Cicero p M. Rullo ait: Damnū passum esse M. Rullū. Cōuenit mihi cū aduersario, ut hemimibis armatis rem gestam esse non insiciatur. A familia Publij Fabij commissam negare non audent. Iam dolo malo factū sit, ambigitur. Vides ergo hoc in partitione à cōcessis duxisse, quod sibi proderat.

De argumentatione.

Argumentatio est elocutio, qua argumēta ipsa uerabis exequimur: Argumēta uero, qbus causa probatur. Argumētatio diuiditur in duas partes: in confirmationē et reprobationē. Argumentorū genera duo sunt: artificiale, et inartificiale. Sed artificiale locos habet principales quatuor: ante rē, in re, circa rē, post rē. Ante rem uero diuiditur in locos septem. A persona, à re, à causa, à tempore, à loco, à modo, à materia. In re autem loci sunt duodecim: à toto, à parte, à genere, à specie, à differentia, per septem circūstantias. Qui locus recipit in

o 2 se etiam

se etiam à maiore ad minus, et à minore ad maius, à proprio, a diffinzione, a nomine, a multiplici appellatione, ab initio ad progressionem uel profectum, a profectione, ab initio uel consummato. Circa rem loci sunt decem: A simili cuius species sunt quatuor: exemplum, similitudo, fabula, imago, id est, uerisimile, quod de comœdia sumitur. Addunt quidam et apologos, ut sunt Aesopi. Ergo circa rem locos exequar: qui sunt a simili, a pari, à contrario, per propositionem et negationem, ad aliquid, quod figuratur casibus quatuor: genituo, datiuo, accusatiuo, ablatiuo. Ab inter se collidentibus per habitationem et amisionem, a maiore ad minus, a minore ad maius, a precedenti ab eo, quod simile est, uel a constructis, a consequentibus. Post rem loci sunt duo: ab euenitu, et à iudicato. Sunt alij loci, à πότῳ τῷ συζυγίᾳ, id est, a coniugatione, siue a coniugatis, quod quasi iunctum est personæ qualitatis, ut eum qui hostilia sentiat, hostem esse dicamus. Item a qualitate, ut si iracundè fecit, sine ratione fecerit. A quantitate, ut si seruus est, eodem modo factum sit. A coniunctis, id est, à πότῳ τῷ τωτοτεχνῇ συνθέτοις, ut faces, et toga, Sella curulis, magistratum ornamenta sunt. Item a partitione, id est, à πότῳ τῆς διαιρέσεως. Per omnes circumstantias, id est, cum partimur personas, tempora, et cetera, que uarietas grata discriminet. In artificialia dividuntur in præiudicia, in tumores, in tormera, in tabulas, in insuradū, in testes: quæ similiter quæadmodū et artificialia tractat orator. In argumentis autē cauendū est, ne in aliqua parte nobis noceant, ne inter se discrepent, ne uulgariz sint, ne cum aduersario communia, ne aliè repetita, aut supra dignitatem

gnitatem cause, aut infra dignitatem. De confirmatione breuiter memorauit: nunc reprehensionis præcepta uideamus. Reprehenditur enim actio aduersarij, aut redargendo, cum aut totum argumentum, aut partes eius contrafacere monstrabimus. Aut repugnando, cum docemus falsa esse pro ueris assumpta, uel ex his non offici. Aut compendendo, si contra argumentum, quod aduersum nos est, aliud opponamus.

De Quæstionibus.

Questionum duo sunt genera. Dicitur enim πρόσωπον, οὐρανούλως quæ à nobis inducitur, ut confirmet. Ab aduersarijs autem, quæ infertur, et repellenda est, igitur dicitur αἰνεῖναι. Verum superior, quæ à nobis quæstio infertur, modis fit duobus, ut aut singulatim separata inducantur, aut plures coniunctim. Dicimus autem eas uariè, aut per simplicem propositionem, aut per præparationem, aut per figuræ quæ dulcioræ dicunt: qui locus multiformis est. Nam penè tot sunt occasiones inducendæ questionis in hoc genere, quot sunt figure sententiarum. Fit enim et per solutionem, id est, κατὰ διαλυσιν, aut per præteritionem, aut per concessionem, aut per reprehensionem, aut per sciunctionem, aut per adiectionem, id est ἀφόρισμα, aut per admonitionem, aut per dissimulatam propositionem, aut per repetit. aut per instruct. aut per partitam, aut per similitudinem superioris questionis, aut responsionis, aut per inuersionē, id est, cum primā illā questionem tractamus, quæ secūda est, dehinc primā. Et eam questionem, quam aduersarij intulerunt, hisdem modis refutare possumus, et adiçere solemus, cum aliquid aut

o 3 obscurè

obscure aduersarius posuerat: aut agendi potius causa dixerit, quam probandi: aut cum per hypophoram gradum facimus nostrae propositionis, aut cum aduersarij propositionem in nostram partem conuertimus, quam peristrophē uocamus. Aut cum secunda proposita quæstione, primam tractamus. Et hoc faciendum, uel cum elegantiam uarietatis affectamus, uel cum prima quæstio aduersus nos ualde facit, et non est in primo loco ponenda. In hypophora cauendum est, ne plenè ex copiose ponatur, quanquam aliquando irridendi aduersarij causa, de quo nulla quæstio est, exaggeranda à nobis est, ut quod discrepat, ostendamus. Hypophora tribus modis immiuuntur, adiectione uerborum, immutatione, detractione. Hypophora autem est intentio aduersæ partis: antiphora est responsio eius. Anacephaleosis est ueluti à capite cause breuis repetitio quæstionum. Anacephaleosi non semper utendum est, uidelicet quando, aut partitionem facimus, aut quando in multas quæstiones causa pro cessit: ita tamen, ut summam cuiusq; non partes partium retexamus, qua quidem utimur etiam in alia parte orationis, cum iudicis memoria fortasse succumbet: quæ res tunc Epimerismo s uocatur. Anacephaleosis tamen nulla pars orationis est, sed epilogi quedam portio. Epilogus enim tres habet partes, numerationem prædictam, indigationem, quam dinoſin dicimus, miserationem, quam ictosin uel eleos memoramus, sed dinoſis ex locis argumentorum. Nam his non tantum res probamus, uerum etiam augemus. Sed cœnuestio, id est, miseratio his locis argumentorum sumitur, quibus ex indigatione. Peroratione tamen non in fine tantum orationis

nis

nis utendum, sed ubi materia permiserit, id est, in digres-
sione principiorum, aut narrationis assidue, sed ex que-
stionum nonnunquam. In epilogo generaliter obseruan-
dum, ut brevis sit. Siquidem commotus iudex statim ad-
mittendus est ad sententiam proferendam, dum aut ad-
uersarijs irascitur, aut tuis miseretur lacrymis, aut re-
rum afflictione commotus est.

Sic adhuc afferenti innuit ipse Cyllenius, ut ad Germa-
narum cœtum, nubentisq; transiret obsequium. Quo
confecto, aferita determinans, ad Philologiae consefsum
fiducia promptiore perrexit: eiusque uerticem deoscula-
ta cum sonitu: nihil enim silens, ac si cuperet, faciebat, so-
rorum se consortio, societatiq; permiscuit.

Tandem loquacis terminata pagina.
Aferita cursim, quæ tamen uoluminis
Vix umbilicum multa opertum fascia
Turgore pinguis insuit rubellulum,
Quod si probatur, ex caret fastidio
Nonnulla promet, quæ nouella texuit,
Deditaq; fient, quæ uetus præterit.
Sim Sanna Typhi naris imum torseris:
Pigebit arma horruisse Cælites:
Formidinisq; tunc locus mouebitur
Syluae fulcem cum petis Saturniam.
At tu reclamans Rhetorum sacrum tuba
Clangore uerso Tulliana percrepans
Incastra abibis, quo nec osor inuidens
Nec liuor ater te sequatur præcluem.
Finis libri quinti.

M A R T I A N I
C A P E L L A E D E
G O E M E T R I A.

L I B E R V I .



*Irgo armata decens rerum sapientia
Pallas
Aetherius fomes mens ex sollertia
Fati
Ingenium mundi, prudentia sacra to-
nantis:*

*Ardor doctificus, nostrae que industria sortis:
Quae facis arbitrium sapientis prævia curæ:
Ac rationis apex, diuīum que hominumq; sacer vōū;
Ulta terga means, rapidi ac splendentis Olympi
Celsior una Ioue, flammantis circulus ethre
E'rras in numeris, prior igni, tertia luna,
Quam docto assimilant habitu, qui agalmata firmant.
Hinc nam trigeminæ rutilant de vertice criste:
Quod dux sanguineo, presulq; corusca duello:
Vel tibi quod fulget, rapiturq; triangulus ignis
Hinc tibi dant clypeum, sapientia quod regat orbem:
Vel rationis opem, quod spumea prælia poscant.
Hasta etiam uibrans penetrabile monstrat acumen:
Lymphaseum magis est, ex scutum circulus ambit.
Hinc iam uernicomæ frondent tibi munera oliue:
Artes cura uigil per te quod discat oliuo.
Glauca dant uolucrem quod lumine concolor ignies:*

Tug.

Tuq; ignis flos es, cluis et γλαυκῶνις ἀθάντιος.
 An mage noctiuidē tibi traditur, alitis usus:
 Quod uigil insomnes ducat sollertia curas.
 Pectore sacrificam dicunt horrere Medusam:
 Quod pauidum stupidet sapiens sollertia vulgus.
 Arcibus urbanis ueteres tibi templa dicarunt:
 Quod ratio amplificet, quodq; est elatior urbes.
 Hinc de patre ferunt sine matris foedere natam
 Prouida consilia, quod nescit curia matrum.
 Consultisq; uirum præsis, hinc dicta uirago.
 O' sacra doctarum prudentia fontigenarum
 Sola nouem complens musis mens omnibus una,
 Deprecor ad proprium dignata illabere munus,
 Inffirans nobis Graias latialiter artes.

Ago tibi, habeo' que diua, persoluens' que præpetes
 debeo grates, que optatis fulcida dignaris annue-
 re. Nosco, ueneror' que, quod uidi. Patent denique iam
 ingressuræ artes obsequi electissime fœminarum, que
 decentem quandam, atque hyssimi pulueris respiratione
 coloratam, uelut mensulam gestantes, ad medium supe-
 ri senatus locum fiducia promptiore procedunt: Sed
 que iste sunt, quidue gestitant, gerendorum inscius non
 aduerto. Hic ut lepidula est, ex qua totam Fabellam ab
 inchoamentorum motu, limine' que suscepert. Satyra io-
 cabuda, ni fallor, inquit: Felix meus plurimum, affatimq;
 oili quantumque palestras perluere, uel sponsi ipsius
 posset superfluo perdidisti, dispendia' que limi perflagrat
 ta casum deuorante Mulcibero, qui tot gymnasiorum,
 ac tantorum herorum matrem philosophiam non agno-

0 5 scis,

scis, saltem cum per eam Iupiter dudum cælestis consul-
tum senatus, tabulamque uulgaret: cumque ad Philo-
logiae concilianda consortia Proccum affatim connubia
liter allegaret, ne tunc omnia noscere potuisti? Sed quia
nunc Archadicum, ac Medium sapis, præsertimque ex
illo quo desudatio, curaque districtior tibi forensis tabu-
lationis partibus alligata aciem industriae melioris obtu-
lit, amisisse mihi uideris, ex huius matronæ memoriam
etiam eiusdem germanam uoluisse nescire. Illi nanque
parili, quam accinctam cernis officio παροίσαι uocita-
tur, foemina admodum locuples, ex que illa Croesius Da-
riusque, præ suis opes, Gazasque despiciat. Hæc utpote
talentorum conscientia in omnium rara congresus, nec cui-
quam facile primores saltem uultus superba committēs,
plerunque tamen adhæsit, arrisitque pauperibus, ma-
gisque illis, quos aut pedibus nudos, aut intenso crine
bispidos, aut sordēti conspexit pallio semitectos. Deniq;
si Marcum Terentium, paucosque Romuleos excipias
consulares, nullus prorsus erit, cuius ista limen intrarit.

Vides igitur utrique foeminae quam insit fastuosa cen-
sura, tamen utræque Mercurialis ministra, quæ ueniet
officio, præparatur. Illud quippe quod gerula detule-
runt, Abacus nuncupatur, res depingendis, designandisq;
opportuna formis. Quippe ubi uel lineares ductus, uel cir-
culares flexus, uel triangulares abraduntur anfractus.
Hic totum potis est ambitum ex circos formare mundi,
elementorum facies, ipsamque profunditatem adumbra-
re telluris. Videbis istic depingi, quicquid uerbis uisum
non ualeas explicare: nimirum inquam ista, quæ ueniet,
Apellem: Polycletumque transcendent. Ita quippe me-
moratur

moratur posse omnia effigiare, ut Labyrintheus Dædalus eam credendus sit genuisse. Et cum dicto prospicio quandam fæminam luculentam, radium dextra, altera sphæram solidam gestitatem, amictam que leuorum peplo, in quo syderum magnitudines, et meatus circulorum mensuræ, connexiones que uel forme, umbra etiam telluris. In cælum quoque perueniens, uel luna orbes, ac solis auratos caliganti murice decolorans inter sydera uidebatur. Ipsam uero uernantis ethrae colore resulgebatur. Denique etiam in usum germanæ ipsius Astronomie crebrius commodatum. Reliqua uero ueris illitum diuersitatibus numerorum, Gnomonumque stili, interstitionum, ponderum, mensurarumque formis, diuersitate colorum variata renidebat. Crepidas peragrandæ teluris causa, easdemque per mensa orbe contritas, uiatrix infustigata gestabat. Que quidem ingressa Senatu deum, licet quot stadia è terris in cælum, quotque ulnas, quot denique digitos permensa sit, instanter absoluere: tamè Iouiali, cœlestiumque maiestate contracta, ad illâ Abaci renudati mēsulam circumspectans, camera exterioris ornatum, et laqueata syderibus palatia properabat.

Constitit attonito spectans stellantia uisu,

Et decuit crinis, puluereique pedes.

Ipsa etiam leua sphæra fulgebat honora,

Affimilis mundo, syderibusque fuit.

Nam globus et circi, zoneque, ac fulgida signa

Nexa recurrebant, arte locata pari.

Tellus, que rapidum consistens suscipit orbem:

Puncti

Puncti instar medio baserat una loco.
 Hanc tener ex uireis circuoluatibilis auris
 Aēr complectens imbrificabat aquis.
 Quæ tamen immenso, quo cingitur illi profundo:
 Interiuata marmore tellus erat.
 Texerat exterior, qui fulget circulus orbis
 Aetheris astrifico lumen: multa peplo.
 Hinc nitidus rutilum titan succenderat orbem.
 Moxq; imitanda pium lactea luna diem.
 Hic igitur furuæ oculos splendescere noctis
 Cerneret ex auro, ut sacra flamma micat.
 Sic Cypris oceanî perfuso sydere lymphis
 Lucifero annuerat lumen: tota suo.
 Omnia compara habet paribus sub legibus ordo:
 Nec nimis hæc mira est, quam domus alta Deum.
 Hanc mundo assimilem stupuit trinacria tellus
 Archimedea astrificante manu.
 O felix cura, ex mentis prudentia maior
 Corpore sub nostro equiparasse Iouem.

Tandem igitur reglutimatis ab æthra interuibrantibus admiratione luminibus decenti collustrans diuos, conspectansq; censura, cum omnibus reverenda uenerabilis dignitate, ex magistra cæterarum, quæ notæ diuis sunt artibus diceret, exquisitum est eruditionis arcanum, ut ab ipsis præceptionis cunabulis auſpicata depromeret. Tum illa remoto paululum obſtaculo, contrasti crinus à facie, orisq; luculenta maiestate reflēdēs, atq; Abaci sui superfusum puluerem mouens, sic exorsa: Licet Archimedem mecum inter philosophos conspicata, Euclidemq; doctissimum

doctissimum in astruendæ præceptionis excursus potuerim subrogare, ne impolitum quicquam subsisteret assertorum, aut profunditas caligaret: tamen congruentius ipsa uobiscum, quia Cyllenium excludit ornamen. illa etiam Helladica tantum modò facultate nibil effantes, latialiter atticissant. Quæ etiam ipsos edocui, quod nunquam fere accidit, Romuleis, ut potero, uocabulis in imabo, ac prius uocabuli mei promenda ratio est, ne indecenter exquallentior peragratrix cælicolarum auratum curiam, & interstriculum Cylindris gæmantibus pavimentum, rurali respersura puluere credar intrasse.

GEOMETRIA, dicor quod permeatam crebrò, ad mens. mq; tellurem, eius quoq; figuram, magnitudinem, locum, partis, & stadia possum cum suis rationibus explicare, neq; ulla sit in totius terre diuersitate partitio, quam non memoris cursu descriptionis absoluam. Quod dicto, quoniam fuerant in decorum senatu quam plures, qui neq; toti terris essent, neq; ipsi unquam dicerent se calcasse tellurem. Ipse etiam Iupiter curiosius totius terre latebras uellet exquirere, credo, ne necubi decentes puellas, isto quoq; seculo is uersiformis cupitor audiret. Hoc igitur promere Geometria primum iubetur, ac demum cætera astruendæ præcepta artis aperire. Tum illi: Formam totius terræ non planā, ut aestimant, positioni, qui eam Disci diffusioris assimilant, neq; concauam, ut alij, qui descendere imbrex dixerunt telluris in gremium, sed rotundam, globosam etiam, sicut secundus Dicearchus asseruerat. Namq; ortus, obitusq; syderum, non diuersus pro terræ elatione, uel inclinationibus haberetur: si plana diffusis mundane constitutionis

tutionis operibus uno eodemque tempore supra terras
& aquora nituissent. Aut item si emersi solis exortus
concauis subductioris terra & latebris abderetur. Sed quo-
niam posterior assertio mage despicibilis opinacionis cas-
se uilitate tenuatur, illam priorem, cui etiam physicus
Anaxagoras accepit praestat exigere, quamvis non ullas
credatur astruere rationes. Quippe dicit planam terram
ortu occasum ue solis, aut lunae perspicue comprobari: qui
mox, ut primi luminis fulgor emerserit, confessim ad ob-
tutus nostros directis lineis diriguntur. Quod magis in-
dubitabilis probamenti fiet, si in littore consistentes ob-
stacula montium relinquamus. Quod si ita esset, cunctis
supra terras degentibus, eodem tempore emergentia ui-
derentur, occasusq; uno obitu condita cunctas ualerent
tenebrare terras, ac falsa Romulei Vatis exploderetur
assertio, qua docet:

Nosq; ubi primus equis oriens afflauit anbelis:
Illic sera rubens accendit lumina uesper.

Quin etiam cuncte noctes ac dies similibus intersti-
tijs, horisq; semper paribus coenirent: nulliq; parti tel-
luris uel apparerent certa, uel alia sydera negaretur. At
cum Arctoa conuersio supra uerticem uoluatur Hespe-
riae apud Trogloditas, Argyptiumq; confine ignoto,
occultoq; penitus sydere nescitur: cum Canopum, ac Be-
renices crimem stellas admodum prenitentes Scythiae, Gal-
lieq; atque ipsa prorsus non cernat Italia, cum illae antar-
cticis terris conspicuae, ac pranitentes, ex uelut per-
pendiculatae capitibus suspectentur. In Alexandria etiam
Canopos quarta parte interstitij signilis ultra terras emi-
neat, Trionesq; geminos, ex deuexa non cernat. Cum
in

in Arabia Nouembri mense sub noctis auspicio Helice nō conspecta secunda uigilia prospectetur. In Meroë solsticio tantum exigua' que breuitate conspicitur: ubi circa ortum Arcturi cum die nascitur. Quæ item in India Parauitano portu prima tantum parte noctis aspicitur, in qua etiam in Maleo monte quindecim tantum diebus annuis uidetur. Quis igitur dubitet, ex globi deuexioris oppositu, alia inconficiua fieri, atque alia uelut sphære curuationibus eminere. Additur ad fidem globi rotundioris ambigentibus afferendum, quòd solis, lunæ que de liquia in oecasu facta, orientis incolæ nō uiderūt. Itemq; in ortu si accidunt, à tota Britānia atque occasiuis regio nibus ignorantur. Etiam in medijs plerunque regionibus, horarum diuersitatibus uariantur: sicut in magni Alexandri uictoria lunam noctis secunda hora defecisse Seruius nobilis in Arabia nunciauit: quòd in Sicilia in exortus primi splendore conspectum, Alpiano ex Fonteio Cons. undecimo Kal. Maij defectus solis fuit: qui in Campania diei septima uisus, in Armenia eiusdem diei undecima comprobatur. Quod factum est uti' que sphæra circuitu moras per inflexus rotunditatis subinde uariante. Deni' que ipsa uasa, quæ Horoscopa, uel horologica memorantur, pro locorum diuersitatibus, immutata componuntur. Alio'que Gnomone ultra quingenta stadia discernuntur, umbris pro locorum, aut elationibus celsis, aut inclinationibus infumatis. Hinc est, quòd in Meroë longissimus dies duodecim æquinoctiales horas, ex alterius Biensem secatur. Alexādriæ quartuordecim. In Italia quindecim: in Britānia decē et septē.

Solstitiali

Solstitiali uero tempore, cum celi uerticem sol inuestus subiectas leuorsum terras perpetui diei continuatione collustrat. Item que brumali descensu semiannuam facit horrere noctem, quod in insula Tile compertū Pytheas Massiliensis afferuit. His temporum diuersitatibus assertum (ni fallor) globosam rotunditatis flexibus habendam esse tellurem. Sequitur, ut quem mundi locum quām granditatem sortita sit, approbemus. Circulum quidem terrae ducētis quinquaginta duobus millibus stadiorum, ut ab Heratoſthene doctissimo Gnomonica ſupputatione diuifum. Quippe Scaphia dicuntur rotunda ex aere uasa, quæ horarum ductus styli in medio fundo ſui proceritate discriminant. Qui stylus Gnomon appellatur: cuius umbræ prolixitas equinoctio centri ſui extimatione dimenſa, uigies quater complicata, circuli duplicis modum reddit. Heratoſthenes uero à Syene ad Meroēn per mensores regios Ptolemai, certus de stadiorum numero redditus, quota' que portio telluris eſet aduertens, multiplicans' que pro partium ratione circulū, mensuramq; terræ incunctanter, quot millibus stadiorum ambiretur, absoluit.

De Positione Terræ.

Comperta eſt terræ breuitate rationabili, magnitudo locus eiusdem, ac positio doceatur: quam in me- dio, imo' que mundi immobilem ſtare, multiplicibus monſtratur aſteris, que ſibi ante constitutionem mundi in eodem loco fuerit, ex quo moueri non potuit. Ac debinc diuulfis à confuſione prime commixtionis elementis, undarum

undarum immensa, et uolubilis latitudo, aeris que
halitus undi que secus circa terrae stationem diffusus
arctarit, medium que fecerit: quod teres ac uolubilis
circunclusit, siue quod in sphera efficitur imum o=
mne, quod medium est, dum paribus ab extima ro=
tunditatis ambitu lineis quicquid eas sustinet, conspi=
catur. Imum uero iam necesse est sui extremitate con=
sistere, quia inferius, quo decidat, non est. Omnia
etiam pondera in eam desuper cadunt, ut imber, gran=do, nix, fulgura, atque ipse, qui in eius penita pre=cipitatur Oceanus, et fluenta latentia que fundo
uoluuntur in imo. Vides igitur eas, que undas, cun=ta que sustentat, arctata ex omnibus nihil subiucere,
quo secedat. Medio igitur credenda est, quia po=strema, quod presertim aequinoctialis temporis inter=stitia manifestant. Nam pares horarum metas tam
ante meridialium, quam etiam postremarum, et tam
diei quam noctis horologia manifestant. Quo docu=mento clarum est, tantudem undique secus ab terris
abesse cælum: quod idem duobus circulis edocetur,
solstitiali et brumali. Nam utique quantum inter=stitij dies habet, cum celi culmina soleatus illustrat,
tantum spaci longior nox, cum sol in brumam de=cidens representat. Item que quicquid singula signa
zodiaci intercapedine loci contulerint, tantudem sole
e contrario rutilante umbris noctis ignoscunt. Quod
utique undique uersum probat tantudem circulos, sy=derum que distare, medianumque tellurem esse. Quod utique,
si congrue uidetur assertum, iam partes eius, quas ipsa
permensa sum, perhibebo.

ORbis terræ in quinque zonas, siue melius fasces dico, pro rerum diuersitate discernitur: quarum tres intemperies multa à contrariorum nimietate relegavit. Nam duæ, que axi utriusque confines, algore immenso et frigoribus occupatae, desertionis causas pruinis mercantibus præbueret, media uero flammis atque anhelis ardoribus torridata, propinquantes animantium imburit accebus. Aliæ autem duæ uitalis aure halitu temperatae, habitationem animalibus indulserunt: quæ quidem per totius rotunditatem telluris incurue, tam supernum hemispherium, quam inferius ambierunt. Nam uti que terra duas sibi partes hemicycliorum quadam diuersitate deficit, id est, unam habet supernatam, quam nos habitamus, et ambit Oceanus: et aliam infernatam. Sed haec superior initium habet à solari ortu, illa inchoat à solis occasu, quæ circulum Græci ὡρæ perhibent. Verum quia illæ zonæ uolubilitatem utriusq; partis includunt, decem utrinque circulo suo faciunt regiones, è quibus hec quæ à nobis habitatur, est una, atqué ad aquilonem uersus, et septentriones, ascendit. Altera, que econtrario ad meridiem atque austrum fert, quam habitare illi estimantur, qui vocantur ἀντοίκοι. Similiter ex infernatis duæ, sed hi, qui nobis obuerfi, Antipodes memorantur, qui contra illos, quos ἀντοίκους dicimus, Antichthones appellantur. Sed nos cū illis diuersitas temporū uelut quadam contrarietate discriminat. Nam cū estate torre mur, illi frigore contrahuntur. Nam cū hic uer pubescit florentibus pratis, illic edomita cæstas temporibus autumnescit

tum nescit. Hic bruma, solstitium illic appetet. Nobis arcta lumina spectare permisum, illas penitus denegatum. Antipotes autem nostri unum nobiscum tractum perferunt hyemis, ex flagrantiam communis aestatis, sed noctem diuersam, diesq; contrarios, licet estate grandes dies, prolixasq; hyeme noctes nobisq; septentrio conspicabilis, illos lateat sine fine, Ita ex his qui aurore cantur, Antipotes sui quatuor anni tempora nouem communia, ac polum qui est ad antrum: Antipodibus suis nobisq; penitus ignoratum soli sufficiunt. Qui autem in media fascea sunt, his quotidie ortus, occasusq; mutantur. Et supra quos sol est, his citius exoritur, tardiusq; mersatur. Aequinoctiali autem tempore, ex oriens et occidens similiter apparebit, neq; ulla astra sunt, que illorum obtutibus denegentur, et que una illis oriuntur, simul ueniunt in occasum. Hi dies cunctos pares suis noctibus intuentur, nec illas meridiano die metiuntur umbras: eorumq; Antipodes dies, noctesq; sub eadē longitudine patiuntur. Cum autē solstitij pperātia peragēdi, per eosdē transeat, et iam brumā itidem sol reuertēs similiter per illos iter ducat, ex pcul ab his utrinq; secedat, dubiū nō est, quim bis hyemem, et secundō patientur aestate. Quibus cū ortus solis est, eoru Antipodibus appetet occasus. Verū ille due regiones, quas fasceas itē: dixi, quarū una uicinantis plaustrī algore crustatur: altera trans austri halitus desertione cōtrahitur. Antipodes proprios non habent, sed ipse sibi inuicem contraria fiunt habitatione. Antipodēq; nullos ortus syderū absq; planetis utrinq; nouerunt: que quidem illis non supra caput eunt, sed de medio lateris oriuntur. Stelle etiā fixae ca-

li sex eis uidentur mensibus, sex itidem non apparent, orbitisq; circulus aequinoctialis illis est, seneq; ex zodiaco signa conspiciunt. Deniq; sex mensibus, diesq; noctes pa- ciuntur, ut utrisq; poli, axisq; termini supra uerticem uideantur, sed haec prior septentrionis: altera Canopi stella illustrata fulgore, cetera non nouerunt.

De Circuitu Terræ.

Qvarum Regionum habitus prodiit doctissimus Pythagoras, sed ego ipsa peragraui, ne qua mis- hi ignota uideretur portio superesse tellu- ris, cuius terræ totius ambitus ambitus omnis, plenusq; circuitus, ut Romanorum dimensione percensem, quic- quid stadiorum supputatione memorau, est in millibus passuum trecenties & quindecies centenis: quo loco non puto transeundam opinationem Ptolemæi in Geogra- phico opere memoratam. Idem quippe zodiaci tractum, omnemq; complexum trecetis lx, celi partibus fecit: quae singulas in telluris centrum ita estimat prouenire, ut unius partis latitudo istic quingentorum stadiorum me- sura tendatur. Singula uero stadia centum uiginti quin- que passibus explicata: quæ octo millenos passus absolu- uunt. Vnde quingenta stadia, quæ sunt partis unius, millia passuum colligunt sexaginta duo, passusq; quin- gentos. Verum illa stadia quingenta trecentis sexa- gies complicata, faciunt semel millies, octingentiesq; sexcenta sexaginta stadia. Ex quibus millia passuum par- titione predicta collecta, faciunt ducenties uicies quin- quies centena. Hoc de totius terra globo oportuit in- timari.

De Longitudine Terræ.

Caeterum eius longitudine ab ortu ad occasum, hoc est ab ipsius Indiae extremitate, usq; ad Herculis columnas Gadibus sacratas, octuagies quinques centena septuaginta octo millia sunt, sicut etiam Artemidorus auctor afferuit. Nam Isidorus nonages, octies dicit, et decem et octo millia. Verum Artemidorus dimensioni prædictæ adjicet, quicquid à Gadibus procurrit. Nam per Sphenis frontem circuitu sacri promontorij, ad aliud finale promontorium, quod Artabrum nominatur, procedere dicit terram in nongenta nonaginta unū millia.

Alia Dimensio Terræ.

Quae dimensio item fieri compendiosior potest, si per maria quis uectus excurrat. Nam à Gange fluvio, ostioq; eius, quo se in Eoum effundit Oceanum per Indiam, Parthienemq; ad Myriandrum urbem Syriae in Iſico ſinu poſitam, quinquagies bis quindecim millia. Inde proxima nauigatione Cyprum insulam, Pateram Lycie, Rhodum, Astypaleam in Carpatio mari. Item in insula Tenarum Laconice, unde Lilibaū, Sicilia, et Calarim Sardinie, tricies quater quinquaginta millia. Inde Gadibus quadragies bis quinquaginta milla. Quæ mensura uniuersa ab eo mari efficit octogies quinques septuaginta octo millia.

Item alia Terræ Marisq; Dimensio.

Potest item terra, mariq; interduci per Gangem, Euphratemq; fluuium, Capadociam, Phrygiam, per

Aegeum pelagus, et Laconicum mare. Itemque per sinus
alios usque Peloponesum, Leucadem, Corcyram, Acro-
ceraunium, Brundusium, Romam, Alpes, et Galliam.
Per Pyreneos etiam montes in Oceanum uestigium
Hispanie oram, traiectumque per Gades, et omnis mensu-
ra, attestante Artemidoro assertionebus meis, habet mil-
lia octoagies sexties centena octoginta quinq. Habetis
longitudinem multipliciter memoratam.

De Latitudine Terræ.

LAtitudo autem eius à Meridiano situ, in septentrionis
nis caput plurimum minor est. Nam utriusque inter-
perati aëris nimietate contrahitur. Eò accedit, quod à
septentrionis plaga, Sarmatarum gens, copiasaque Bar-
baries, accessum indagandæ dimensionis excludit. Atta-
men quicquid intrepida permeare quiuit excursio, com-
petenter ad mensum, repertaque latitudo habitabili terre
penè dimidio minor, quam dicta est collegisse longitu-
do. Nam colligitur in quinquagies quatercentena sexaginta
duo millia. Quippe à littore Aethiopici oceani,
qua habitabilis primum est ad Meroën, inde Alexan-
driam, Rhodium, Gnidum, Choum, Samum, Chium, Myti-
lenen. Fenedum, Sigæumque promontorium, os Pon-
ti, Carabim promontorium, os Meotidis, ostium Ta-
nais predicta dimensio comprobatur. Qui quidem cur-
sus, si per maria transeat, in compendium dicit millia
sexcenta septuaginta octo. Nunc usque compertum pro-
gressum Arthemidorus asseruerat. Sed Isidorus adiecit
duodecies centena quinquaginta millia usque ad

Tilen

Tilen ultimam tendi: quæ quidem opinatio mihi uidetur incerta. Nam ipsi tantum latitudinis inesse dico, quantum longitudinis comprehensum. Neque enim cum rotundum telluris orbem astrictio superior, ratioq; monstrat, impar latus globo poterit peruenire, sed supradicti scriptores habitabilem dixerunt tellurem.

De Rotunditate Terræ.

Rotunditas autem ipsius extima circunfusus ambit Oceanus, sicut nauigatus undique comprobatur. Nam à Gadibus per Hispanię, Galliarumque flexum, occidentalis plaga omnis hodieq; nauigatur. Dum autem Diuus Augustus clāse Germaniam circuiret, septentrio nalem totum permeauit Oceanum. Nam primum in Cimbricum promontorium ueniens, magno dehinc per mensu mari, ad Scythicam plagam, ac rigentes undas usque penetravit. De confusio item ab orientis principio, ex Indico mari, pars quæ pergit in Caspium mare à Macedonum classibus remigata: dum Seleucus et Anthiochus regnauerint. Palus uero meotica eiusdem sinus habetur oceani. Item leui lateris circunflua memorentur. Ab ipsis itaque columnis Herculis, quæ in Gaditano sunt littore consecrata, usque in Arabicum sinum meridianus omnis permeatur oceanus, sicut plurimis afferatur exemplis. Nam eius maximam partem magni Alexandri sulcavere uictorie. In eodem Arabico sinu constituto C. Cæsare Augusti filio, Hispaniarum nauium naufragio, exiectae fragmentorum reliquie paruerunt. Item

Hanno dum punicum floreret imperium, Mauritaniæ circuitu, ac dehinc meridiani flexus excursu, in Arabiæ terminos prolixia admodum nauigatione peruenit. Cornelius auctor affirmat quendam Eudoxum fugientem Regis insidias ex Arabia in Gaditana peruenisse refugia. Cælius autipater se hominem uidisse confirmat, qui negationis ardore in Aethiopiam ex Hispania nauigasset. Idem Cornelius post captos Indos per Germaniam nauigauit.

De Diuisione Terræ.

Ostensum puto ambitum superioris terræ permanentem in circulum mari undique secus nauigatum. Nunc ipsius diuisionem, quantum patitur succincta insinuatio, memorabo. Circulus enim supera habitabilisq; telluris, sicut plerique testantur, in tres partes est distributus: Europam, Asiam, Africamq;: quarum primam atque ultimam interruptio dissecat oceani. Nam Atlantici profundi ex Gaditano freto uis intersecans profunda telluris, Lybicum Ibero latus abscedit, et conseruit se in propinquai maris fluenta diffudit. Quippe à Gaditano ostio ingressum interioris maris per longitudinem cursus uix quindecim paßuum millia numerantur. Latitudo uero ubi angustior quinq; ubi diffusa septem, ubi prolixior, decem millibus explicatur. Hinc defluxere per diuersos sinus, subsidentesq; campos tot maria, tot fragores, et quantum per diuersa æquora tumescit. Undarum uero illa proruptio interfluentis oceani leua Europam facit, Lybiamq; dextra, et montibus utrinque concluditur. Nam Europa, Calpe, Africa, Abyla monte despicitur, qui utring;

utriusq; prominentes dici Columnæ Herculis meruerunt, quod testimonio uetustatis, laboris herculei limes in illis sit consecratus: siquidem ultra eum progredi consumptæ telluris inuia prohibebant. Deniq; etiam hoc de eius sacrae uirtutis possibilitate persuasum, quod cum antea natura terris mari: dissiparet, ac tanto cingi circuitu firmaret oceanii montium prælitorum effossis radicibus, diuulsoq; confinio camporum, deuexit lacunisq; terrarū improuisum pelagus in usum immortalitatis admisit: permutans orbis faciem, naturæq; discrimina. Hoc igitur freto leuorsum Europa distenditur, usq; in Tanais fluminis gurgitem, à quo inchoans Asia, Nili itidem alueo limitat. Qui quidem Nilus eadem, Africamque disrumpens, telluris complexum intersecans multitudine fluorum, Europam tamen interminari Propontidis faucibus dixerat quamplurimi. Quæ Propontidis per angustum descendens ad Meotidem quoq; perfertur. Europe tamē principium, inchoamenti que limen Hispaniae contributum, fertili frugum, opimæq; prouincie metallorum, auræ que foetura, minij, marmoris, gemmarumq; muncribus predicanda. Que quidem, quod Iberi fluminis interiuata tractu amnis sui meruit cognomentum, cuius illa portio, que Atlantico confinis oceano, in Gaditani freti littus excurrit, Bethica perbibetur etiam ipsa uocabulum proprij fluminis nuncupatione sortita, que ab Vrcitano fine, qua citerior meat, Tarraconeſis dicitur à Tarragonensi urbe, quam Scipiones condiderunt. Nam Peñi fundauere Carthaginem, conditas ubicung; urbes amicos sibi nomine praesignantes. Sed predictum latus à Pyrenæis iugis in aliam prouinciam dissecatur: siquidem Bethica

p 5 à septen

à septentrionali confinio Lusitania sociatur, cui nomen fabula à lusu Liberi patris, uel cum eo Bachantum sociavit. Hec quoque cognominis sui fluuo permeatur, licet eam Tagus quoque harenis illustret auratis. Oli si po ne illic oppidum ab Ulyse conditum ferunt, ex cuius nomine promontorium, quod maria, terrasque distinguit. Nam ab eius ambitu inchoat mare Gallicum, et facies septentrionalis oceanii. Atlanticus uero et occiduus terminatur oceanus, qui tum Hispaniae limitatur excursibus. In eius quoque confinio equarum foetura uentis magnetibus molescit. Volucres proli cursus, ipso spirante fauonio. Verum Bethica cunctas ubertate fecunditatis anteuenit, que quidem habet iuridicos conuentus duos, Gaditanum, Cordubensem. Oppida centum septuaginta quinque, habitantium multitudine frequentata. Eadem uero longitudinis dimensione distenditur à Castulonis oppidi fine, in Gaditanum oppidum ducentis septuaginta millibus amplior estimatur. Latitudo quoque in ducenta uiginti quatuor millia excurrit. At uniuersa prouincia habet conuentus septem, Carthaginem, Tarragonensem, Cesaraugstanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Bracarum. Ciuitates uero in Hispania preter insulas, atque alias contributas, ducetas nonaginta quatuor tota complexione dinumerat. Tenditur autem per longitudinem quantū Agrippa dinumerat, millibus quadringentis septuaginta quinque, latitudine ducentis uiginti quatuor: cum finis Carthaginem usque protenderet, que opinio Agrippae non exiguum admittit errorem. Nam Hispania omnis citerior à Pyreneo in Castulonis finem per sexcenta septuaginta millia longitudine protrabitur:

protrahitur: cuius ora paulò amplior estimatur. Latitudo autem à Tarracone ad littus larsonis trecentis septem millibus inuenitur. A` radicibus Pyrenæi, ubi utriusque maris propinquitate cōcluditur, nam paulatim diffusior adiacet in latitudinis excrementum.

De Monte Pyrenæo & prouincia Narbonensi.

IDem igitur Pyrenæus ex alio latere Galliarum finibus admouetur, à cuius radicibus quicquid interiacet usque Rhenum, et item inter oceanum et montes Gébennam et Iuram, Gallicis regionibus attributum. Narbonensis autem prouincia appellatur, que interno mari alluitur. Hæc Brachata antea dicebatur, que ab Italia iugis alpium atque amne Varo discernitur, cuius longitudine sicuti Agrippa dimensus est, trecenta septuaginta milia passuum. Latitudo autem ducenta quadraginta octo. In hac prouincia Rhodanus fluuius ex alpibus ue- niens, per Lemanum lacum meat. Et causas fertilitatis importat terra germinibus ac fœcundis, cuius ora diuersis nominibus appellata. Nam Hispaniæ unam, alterum Metapinum, tertium, quo plenior meat, Massalioticum nuncupatur, prouincia uiris, opibus, frugibus memoranda: unoq; transcurrente piaculo, quod illic fas fuerat hostias humani generis immolare.

De Italia.

Sed post alpium mōtes, qua facies prominētis natura sortit solis illuminatione profunditur, inchoat, atq; descendit

descendit Italia lögè antc alias omnes laudibus ueterum
in urbis Romæ gratia prædicanda : cuius principium
Ligures tenent. Dehinc, que ubertate Soli sacrata occu-
pauit, Hetruria regio tā indigetis Aenea fodere, quam
remediorum origine, atq; ipsius Tagetis exaratione cele-
brata. Vmbrimox Latium' que, atque ostia Tyberina.
Dehincq; ipsa caput gentium Roma armis, muris, sa-
crisq; quandiu uiguit cæleris laudibus conferenda. Hæc
à mari sexdecim passuum millibus disparatur. Dehinc
littus in Volscorum nomen, sortemq; cœcessit. Mox Cam-
pania, Picentesq; ac Lucanum littus, Brutiumq; conuin-
gitur: cuius promontoriū in meridiem, austrumq; respen-
ctans, in mare procurrit. Leuaq; alia interioris sinus
fluenta complectitur, ut si à primis alpibus dextrum la-
tus, ex prolixi montis brachium contempleris, prominen-
tias utrinque componens, theatrum quoddam spectare
uideatis undarum. Lunata quippe ex quodam hemicy-
clio in promontorium memoratum circumfertur. Italia
deniq; ab ipsis Gadibus : qua se fauces freti interfluentis
aperiūt, in Brutium sinum, qui est primus Europe, emis-
sa maria conuiescunt. Interior uero tellus, que in supe-
rium mare Boreanq; profertur, Grecie ora Salentinis,
Pediculis, Apulis, Pelignis, Istris, Liburnis, ex ceteris po-
pulis obscurioribus habitatur. Læuorum quoque se fle-
xit, ex item duobus promontorijs pelta Amazonicae
formam reddit. Dextro cornu eucopetra tendens le-
uo lacinium. Vnde cum longa sit ab alpibus prætorijs
augustæ, per urbem Capuam, ex Rheyum oppidum
absque recurvo flexu decies centena ex uiginti millia
passuum, nusquam uero trecenta latitudo eius exce-
dit.

dit. A' solo igitur Italico, Liburuia, Istria que discre
te sunt centenis millibus passibus, quod ex ab Epiro ex
Illyrico quinquaginta. Ab Africa intra ducenta mil-
lia, ut Varro commemorat. Ab Sardinia centum
viginti, à Sicilia mille quingentis, à Corsica mi-
nus septuaginta, ab Iessa quinquaginta. Verum o-
mnis Italiae circuitus tenditur uigies centena quadra-
ginta nouem millia. Eius umbilicus in agro dicitur
Reatino, angustior plurimum est ad portum, quem
Hannibalis castra dicunt. Nam uix ibi utginti mil-
lia passuum lata est. Verum Italia etiam Pado flu-
mine memoranda, quem Græcia dixit Aerida-
num. Hunc amnem mons Vesulus inter montes
alpium elatior gignit fonte mirabili, qui in Liguri-
rum finibus flumen creat, ac dehinc fluuius mtr=
sus impenita telluris in parte agri Vibienis emer-
git, canis ortu diffusior. Nam solutis alpium ni-
uibus, flagrantia solis estiui, exuberat ultra gur-
gitis ripas. Nulli que gloria amnium nobilium ce-
dens, triginta receptis fluminibus, Adriaticum mare ma-
gna opimus granditate perfundit. Cetera Italiae memo-
randae, nec poëtae tacent, ut Scyllæum oppidum cum Cra-
thide flumine, qui Scyllæ pater fuit, Carybdisq; uoragi-
nem ac uertiginem tortuosam. Pestana Rosaria, scopu-
los Syrenarum. In Campaniae amoenis antiquitus nemo-
ra, Phlegrei dehinc campi, habitatioq; Circeia, Terra-
cina prius insula, nunc iuncta. Rhegium, que ab Sicilia
continenti separata, atque in compensationem con-
nexæ telluris in insulam religata. Forme etiam Le-
strigonum habitatione famosa.

De

Martiani Capel. de
De Conditoribus Vrbium.

Hoc loco possem etiam urbium percurrere conditores, ut à Iano Ianiculum, à Saturno Latium, à Dane, Ardeam, ab Hercule Herculanium ad radicem Vesuuij, à quo haud procul Pompeios, cum boum pompa duceret Iberorum, ex cuius laboribus in Liguria campi lapidarij sunt appellati, quod eodem dimicante saxis ferunt pluissē cælum. Idem etiam Ionic nomen dedit. Nam Iouem Naulochi filiam obſidentem uias, latrocina liter intereimit. Iapygas Iapyx Dædali filius condidit. Coram Dardanus, Agyllam Pelasgi: Tybur Cathillus praefectus clavis Euandriæ. Parthenope dicta ab Syrenis sepulchro hoc nomine uocitata, quæ nunc Neapolis appellatur. Prænestē ab Ulyssis nepote Prænestē, licet alij uelint Cæculum conditorem, quem pignus afferunt suis flammarum. Arpos ex Beneuentum Diomedes, Pantauium, Antenor. Pylij Metapontum condidere: sed nil mea interest origines urbium perſcrutari.

De insulis Tyrrheni maris.

Nunc quoniam continentē terræ limes interfluentes freti coertione distinguitur, non alienum est interfluenta emergentes terras, quæ quod in salo sint, insule uocitantur, praescerimq; nobiles commonere. Neque enim morosa debet esse percursio. Tranſeo itaque Pityufas à ſplua Pinea memoratas, que nunc Ebusus appellatur. In confinio Carthaginis noue, Baleares, etiam duas, colubrariam, ex quam gymnasias Graci dicunt. Vel capraliam naufragalem, in Gallia quoque ora.

ora. In Rhodani ostio Metina, que Blascorum uocatur: ex tres Stoecades, quarum haec sunt nomina singularum: prima Themista: secunda Pomponiana: tertia Hypea, cæteras que exiguae aduersum Antipolim. In Ligustico autem mari est Corsica, quam Greci Cyrnon appellaue-
re, longa centum quinquaginta millibus passuum, late
quinquaginta. Circuitus eius omnis distenditur millibus
trecentis uiginti quinque. Habet ciuitates triginta tres.
Stipa autem citra est. Oglasa infra in sexagesimo Corsi-
ca, Planasia fallax nauigantium, mentiens que propinquai-
tas. Vrgo item ex Capraria, quam Aegilion Greci dixe-
runt. Item Igilium Dianum. Item columbaria uenaria.
Item ultra Tyberina ostia, in Antiano palmaria, Sino-
via. Et in Firmiano pontia, Pandataria, Prochyta, Abe-
neria. Inarime à Græcis dicta Pithecusa, ex Megaris etiā
in Neapolitano, à Surrento. In octauo miliario Capreae
Senaria dicta, ex Telentea. Item Leucothea iam Africum
mere spectans à Corsica.

De Sardinia.

IN octauo Sardinia est, in quo angusto freto sunt
parue insule, que cunicularia peribentur. Item Pin-
ton ex fossæ. Verum Sardinia à Sardo filio Herculis ap-
pellata habet formam humanae plantæ. Denique Sanda-
liotes est appellata, ex Signosa, quodd utrinque uestigij
formam signat. Verum ab oriente centum octogin-
ta octo millibus patet. Ab occidente centum se-
ptuaginta quinque, à meridie septuaginta septem,
à septentrione centum uigintiquinque millia ha-
bet. A Gorditano promotorio insulas duas, que
Herculus

Herculis memorantur. A' Sulchenſi Enosin, à Ceralita= no Ficariam Galatam' que. Quidam item non longè Ba= laridas dicunt, & Callode, & Heras Lutra. Contra Pe= stanum, Leucasia est, à Syrene ibi sepulta nominata. Con= tra Veliam Oenotrides. Contra Vibonem Itacesia ab Vlyſsis ſpecula dicta.

De Sicilia.

Hinc Sicilia memorāda, quæ à Thucydide Sicania, à multis Trinacria perhibetur. Sicania à Sicanō re= ge, qui cum Hiberica manu in eandem terram ante bella Troiana peruenit. Dehinc Siculus Neptuni filius, à quo nomen eadē commutatum. Nam Trinacria, quod i ri= bus promontorij, triangula cenceatur: quippe unum, quod à Pachyno in Peloponnesum in Meridiem uersum ſpectat, quadringentis quadraginta millibus à Gracia diſparatur. Pelorus autem occaſum, Italiam' que in= ſpicit, quæ freto mille quingentis paſſibus separatur. Lilybeum Africæ finies uidet in centum octoginta mil= libus. Ipsiā autem promontoria inter ſe terreno itinere diſparantur. Sic à Peloro Pachynum millia centum ſeptuaginta ſex. Inde Lilybeum ducenta. Inde Pelorum centum quadraginta tria. Colonie in Sicilia quinque, urbes ſexaginta tres, fluuij, fontes' que quāplures, ac montis Aethna miracula noctibus totis uomentis incen= dia: cuius Crater ſtadijs uiginti patens, fauilla Tauro= minum, Catimam' que reſpergit, magno ſtrepitū mu= giens, & immensos fragores intonans obſtructione flammarum.

De

De insulis Siculifreti.

IN Siculo etiam freto insulas esse non dubium est, Africā uersus, Gaulos Melita à Camarina octoginta quatuor millibus passuum, à Lilybeo centum tredecim: Cosura, Hieronesos, Coene, Lopadusa, Aethusa, quam alij Egusam dixerē, et ceteræ sunt aliae citra Siciliam. Ex aduerso Metauri amnis in uiginti quinque mil. ab Italia septem. Aeoliae appellatae, à nostris Vulcaniae, cum diuersis nominibus, prima dicitur Lippara, secunda Therasia, tertia Strongile, in qua Aebulus regnasse fertur, et à flamma in proximum prorumpente, uel eius fumo, qui uentus flaturus esset, intellexisse, quod hodie quoque eius loci incolas certum est praesentire. Quarta uero insula est Didyme, quinta Ericusa, sexta Phœnicula, ultima Euonymos.

De primo sinu Europæ.

Hic primus Europæ sinus Ausonij maris patet ногагinta sex milibus. Quique tres sinus habet, Italie frons incipit, quæ magna Græcia appellata est, ubi annuum, et oppidorum copia, ac tunc portus, qui Hannibalis castra dicuntur: ubi latitudo Italie uiginti solis millibus estimatur.

De secundo sinu.

Dhinc à Lacinio promontorio secundus incipit sinus Europe magno ambitu flexus, et Acroceuranio Epiri terminatus promontorio, à quo abest octoginta quinque millibus oppidum Croto. Exhinc preter opida, sinusq; quamplures in mare Italiam plurimū pergens

q. in

in Hydruntum urbem uenit: ubi superum, inferumq; ma-
re decem & quatuor millibus disparatur. Vnde in Gra-
ciam breuiſſimus trāſitus. Ac dehinc Italia per populos,
ſinus, urbes, fluuios que, montes, barbarosq; quāmplures
ducitur in fines Illyrici, cuius à flumine Arsia, ad flumen
Drinium, longitudo pergit octingenta millia, à Drinio
ad promontorium Acroceraunum centum septuaginta
duo millia. Ora Illyrici habet insulas ultra mille.

De tertio ſinu Europæ.

Tertius autem Europæ ſinus ab Acroceraunis in-
choans montibus, Helleſponto terminatur, ac ſinus
habet decem & nouem, prouinciasq; quāmplures. Nam
ibi ſunt Epirus, Acarnania, Aetholia, Phocis, Locris,
Achaia, Meſenia, Laconia, Argolis, Megaris, Attica,
Boētia. Item ab alio latere, alio que mari Phocis & Lo-
cris, Doris, Phthiotis, Theſſalia, Magnesia, Macedonia,
Thracia, Græcia omnis. Epiros aut̄ incipit ab Acrocerau-
nijs mōtibus, in qua primi Chaonēs, à quibus dicta Chaon-
nia. Deinde mons Pindus, Driopes, Moloſi que, Dodo-
nei lous fano inclyto celebrati. A' tergo inter cæteros
populos Ponto iunguntur, Mesia ac Mædia, Thraces
usque ad Pontum. Rodope mox & Hemi uidetur excla-
fitas. Tunc colonia Butrorum. Ambraciuss ſinus fauci-
bus angustis æquor accipiens, in quo defertur amnis
Acheron infernae fabulae errore famosus. Post aliquot
gentes etiam Actium colonia cum Apollinis templo, ex
quo ipſi quoque deo additum cognomentum, ciuitas que
Nicopolitana. Egressos ſinu Ambracio in Ionium
excipit

excipit diuersitas popolorum, et obliquè apud quos inter ceteras urbes oppidum in confinio maris, nomine Calidon. Diomedis, Tidaicq; prognatione notissimum. Dehinc influens sinus Oetholiam ac Peloponēsum diuidit. Mox in Acarnania Aracyntus. In Oetholia Ozolei, apud quos oppidum Oeanthe, in quo portus Apollinis. Tunc deinde in Phocidis campis, oppidum Cirra, portus Caleon: à quo in septem millibus passuum introrsus oppidum Delphos sub monte Parnaso, clarum oraculum Apollinis. Fons ibi castalius, Deinde in intimo sinu angulus Boëtiae, montem Heliconem iuxta Peloponēsum peninsula inter duo maria, Aegeum et Ioniū, anguloso recessus obducens: in circuitu habens quingenta sexaginta tria millia passuum. Et per sinu penè tantundem angustie unde procedit, Isthmos appellatur. In quinq; millibus passuum diversa maria utrinq; collidunt, ac latera meatus abradūt. In medio hoc inter uallo, qnod Isthmon appellaui, colonia est Corinthus sexagenis ab utroque littore est à Pisa summa arce, que dicitur Acrocorinthos, utrunque mare prospectans. Ab Isthmo autem Aehaiæ prouinciae nomen incipit, que ante Egialos uocabatur, propter urbes in littore per ordinem constitutas, ibi quam plures sinus, portus, montes, urbes, et populi. Ab ipsius Isthmos angustijs Hellas incipit, à nostris Græcia dicta. In ea prima Attica antiquitus Acte uocitata. Contingit Isthmum sui parte Megaris dicta. In era autem portus, cui nomen Scyronia saxa uiginti sex longitudine, latitudine quinque milibus passuum à Myrthoo recendentibus Athene atq; At-

q. 2 tice.

tice. Fontes ibi multi, inter quos Callirhoe prædatur. Nec Athenis cedunt Boëtia, in quibus Epirane, Arethusa. Hypocrene, Aganippe, Gargaphie. post opida montes populiq; quam plures.

De Theffalia.

Sequitur Acmonia, cuius à tergo mons Octa, ea' que setiam Theffalia nuncupatur. Ibi natus rex nomine Græcus, à quo Græcia dicta. Ibi Helles, à quo Hellenes appellati. Theffalia montes notissimi Olympus, Pierius, Ossa: cuius ex aduerso Pindus ex Othris Laphitarum sedes, occasum uerticibus intuentes. Nam Pelios ortum uidet. Hi omnes montes theatrali more curuantur, ante quos septuaginta quinque urbes sunt memoranda. Theffalæ vicina Magnesia, cuius fons est Libetris, potici haustus nomine celebratus. Longitudo Theffalie habet millia quadringenta octoginta, latitudo ducenta nonaginta septem.

De Macedonia.

Macedonia postea centum quinquaginta populorum maximis regibus inclita, præsentimq; Alexandro, qui Philippo cum natus crederetur, eius mater Olympias draconem eum conceptum esse memorabat, uictor orbis, nam easdem peragrationis ex uictorie metas habuit, quas Liber ex Hercules. Hec tandem Macedonia populos, qui Edonij dicebantur, totamq; Migdonian, Pieriam, Emathiamq; recepit in nomen. Hec in Trachium limitem terminum dicit. A Meridie Epirotis habitatur. A uestra, à Dardanis ex Illyrijs, à septentrione Paphlagonia ac Peonia. Inter ipsam

ipsam ex Thraciam annis Strimō pro limite est, ab Hemī montis uertice defluens. In ea Rhodope, quem Mygdonium asserūt montem: ex Athos abscessus à continenti, Xerse uiribus utente Persarum. Et Horestiadam terram ab Horestis ex Hermionis filio quam uocitari non dubium est. Ibi Phlegra nunc ciuitas, tunc gigantium, præliorumq; immanium temeritate famosa: quæ sola etiam diluvio mundi asseritur non operta, quod utiq; præstit montium celsitudo.

De Thracia.

Sequitur Thracia, cuius incole Bardi, appetitum habent maximum mortis. Et quia dextra parte Strimonis degunt Besii, ex Denselatae, Nestusq; annis, qui Pangeum ambit. Nam Hebrum Odrysiae niues compleat, qui inter diuersos barbaros fluens etiam Cicones perluit: quorum cōfinio Hemus sex millibus passuum cumen extollens, uicinia perflaturo astrorum. Cuius item terga diuersæ gentes tenent, inter quas gentes Sarmatae, Scythæ, Dein pontū Sithonia gens habet, quæ gloriā Orphei progenitis uati perfectione sortita est. Nam in Spartio promontorio ille uitam, aut sacris, ut aiunt, impendit, aut fidibus. Mox regio Maronea, ac Tyrida oppidum, in quo equi Diomedei stabulati. Circa eum Abdīra, cui constructe Diomedis soror suum nomen ascripsit: quod oppidum Democriti physici ortu potius decoratum. Eandem Thraciam Polydori sepulchro signatam, nec poëtae pretereunt, Illic promotoriū Cerachryseon, Byzantio oppido celebratū, quod à Dyrrachio septingētis undecim distat, eo enim interstitio à se utraq;

maria recesserunt, id est, Adrias et Propontis. Illic Hel-
 lespontus angustior per stadia septem ab Europa Asiam
 diuidit. Hic quoque due ciuitates, quarum una, id est Se-
 stos Europae est. Abydos, Asiae. Deinde promontoria con-
 traria Cherronesi, in quo terminatur Europea sinus ter-
 tius. Et Asiae Aegeum, in quo Cynosema dicitur locus
 Hecuba sepulcro tumulatus. In confinio insula Tene-
 dos, a qua usque Chiium diffusior sinus interiacet: cuius
 dexterior Antandros exiguitas insularum, denique nauis
 gantibus capra similitudine diuulgatur, ab ea que Ae-
 geum pelagus appellatur, sed in Corecyre Phalario pro-
 montorio effigiem nauis scopulus imitatur: in quem Vlys-
 sis nauim uersam fabulosa confixit auctoritas. Nam Cre-
 ta centum urbibus opulenta in ortum occasumque porri-
 gitur, cui nomen suum Hesperidis filia Nymphaeum pul-
 chra concessit. Aut Curetum rex Cretes, a quo Creta
 primò: mox Curetis nuncupata. Deinde propter cæli
 temperiem Macaronesos est appellata. Hæc in longitu-
 dimem tenditur millibus ducentis septuaginta. Latitudo
 quinquaginta millia non excedit. Circuitus omnis qui-
 gentis octoginta octo milibus patet montibus Ideo et
 Dicimeo sublimibus. Euboëa uero à Boëtie continentis
 modico, atque ita exiguo mari interfluente discernitur,
 ut plerunque ponte iungatur. Duobus promotorijs ad Atti-
 cam uersus Gerasto, et ad Hellespontum Caphareo de-
 coratur. Huius latitudo ult' a secundum milliarium in-
 tra quadragesimum contrahitur. Longitudo totius Boë-
 tie ab Attica usque Thessalam centum quinquagin-
 ta millibus numeratur. Circumferentia uero trecentis
 sexaginta quinque millibus explicata. Huius oppidum
 Calchida

Calchida ex aduerso Aulis ex Caristos marmoreis fluctibus concolora. In Myrthoo autem mari Cyclades, quarum notiores Delos et Antandros: quae nomina à circulate ordinatione sortitae. Item Strophades, quarum Naxo Himeri sepulchro ueneranda, aliaeque quamplures per septuaginta longitudinem, et per ducenta latitudinem ducunt. Inter Cheronesum et Samothracen, quedam loca uasta, nunc Barbarica.

De quarto sinu Europæ.

*Q*uartus uero et magnus Europe sinus ab Hellestante incipiens, Meotis ostio terminatur. Nam arctum mare inter Europam et Asiam, in angustias septem stadiorum interfluens coartatur: quas angustias Hellestantum dicunt. Xerxes Persidis rex aggregatis nauibus, ponte que constructo exercitum duxit. Verum hac angustiora quadam interriuatione per octoginta sex millia distenduntur, ac rursum diffunditur mare latissimum. Iterumque contrabitur, sed maris illa diffusio Propontis dicitur, secundaque angustiae Bosphorus appellantur, que quingentis passibus patent. Item hac Darius Xerxes pater copias ponte transmisit: cuius ab Hellestante longitudo ducentis trigintanouem millibus inuenitur. Deinde Scythicus diffusus maris sinus, in quo Meotis ostio iungitur, lacus Cimmerius, Bosphorus id est uocatur: is duobus millibus et quingentis passibus inter quos Bosphorus, id est, Cimmerium et Thracium latus interpatent millia quingenta. Circuitus uero totius Ponti, uicies semel quinquaginta millibus, ut

Varro non reticet: quia dicit Europe totius longitudinem habere sexagies tertriginta septem millia, passusque quingentos, His Hister fluuius ortus in Germania de cuncte montis ad noue sexaginta annes assumens etiam Danubius uocatur. Dehinc littus Scythicus confertum multiplici diuersitate Barbarica. Nam illic Getæ, Daci, Sarmatæ Amacrobij, Troglodytæ, Alani, Germanie que omnis tractus. Ab Histro ad Oceanum bis decies centum millium passuum est, in latitudine millibus quadringentis usque ad Armenie solitudines. Nec procul fluuius, Lacus oppidum, sub uno cuncta nomine Borysthenes, propter Achillis insulam eius sepulchro celebratam. Introrsus degunt Auchetæ, apud quos Hipanis nascitur, et Neura, apud quos Borysthenes, Geloni, Agathirsi, Antropophagi. Et à tergo eorum Arimaspi. Tunc Riphei montes, et regio caligantibus tenebris inumbrata. Post eosdē montes trans Aquilonem Hiperborei, apud quos mundi axis continua ratione torquetur, gens moribus, prolixitate uite, decorum cultu, aëris clementia, semestri die fine etiam habitationis humanae predicanda. Verum Sarmatæ, Scytha, Tauricæ tractus in longitudinē habet millia noningenta octoginta, latitudine septingenta decem. Nam nil in Europa estimo memorandū: quoniam et Hiperboreos sibi Asia uindicauit.

Alia dimensio Europæ à Septentrione.

Si autem leuorsum post Ripheos montes redeas per Oceanis septentrionalis tractus, te denuo per Germanie,

nie, Galliarumq; et Hiberos populos, in Gaditanum ostium reuocabis. Aripae quippe iam in Asia constituti parilem Hiperboreis uitam degunt, cunctis gentibus uenerandi, ut ad eos uelut quoddam asylum consurgant metuentes. Ultra hos Cimerij et Amazones ad Caspium mare, quia in confinio ortum est, ibi Scythicum perrumpit Oceanum. Post prolixa terrarum et Hyrcania reperiatur. Ceterum in Atlanticum littus Oceani remeantes, per Aquitaniam extremam, extremaq; Europe in Britanniam recertuntur: qua insula iacet inter septentrionem et occasum, longa millibus octingentis, lata trecentis. Circuitus tricies octies uigintiquinq; millia tenet. In ultimo eius sylua Calidonia, insuleq; quamplures, inter quas Orchades quadraginta penè iunctæ. Item Electrides, in quibus Electrum gignitur. Sed ultima omnium Tile, in qua solstitiali tempore cotinus dies, brumaliq; nox perennis exigitur. Ultra quam nauigatione unius diei, mare concretum est, sed infra confinis est Gallie, Hispaniaeq; quibus nisi oceani Atlantici prohiberet irruptionio, Africa misceretur. Nam Velonensis Bethica civitas triginta tribus millibus à Tingi oppido disparatur, que coloniæ est Mauritania Cesariensis. Huius auctor oppini di Antæus dicitur.

De Africa.

Africa uero ac Libya dicta ab Afro Libe Herculis filio. In confinio est Elifos colonia, in qua Regia Antæi, luctamenq; cum Hercule celebratur, et Hesperia dum horti, illic astuarium flexuosum, quem draconem

q s uigilem

uigilem rumor uetus statis allusit. Nec longè mons Athlas de gremio cacumen proferens harenarum. Hunc incole Adirim uocant, is usque in confinia lunaris circuli euenitus ultra nubium potestatem, qui ab occasus parte littora prospectat Oceanum, nemorosus fontibus scatens, sed rupibus infecundus. Qua uero Africam spectat, opimus omnis. Arbores præterea gignit cupresso similes, odore graues, que lanam obducunt instar serici preciosam. Per diem silet, nocte et ignibus micat et tibijs, fistula cymbalis, tympanisq; percrepat Satyris, Aegypanisq; bacchæ tibus. Ultra ipsum ad occasum littus per quadringenta nonaginta sex millia saltis, feris Lybicis occupati. Nec plurimum distant septem montes, qui paritate cacuminis fratres sunt appellati, sed elephantorum pleni sunt, ac ultra prouinciam Tingitanam, cuius longitudo centum septuaginta millium est. Item Siga oppidum est è regione Malacam urbem Hispanie contemplatur, in littore quoque Carcenna maius que oppidum Cæsarea. Item locosum et quæ coloniam. Item Rusconie et Ruscurius Salda etiam, ceteræq; ciuitates, atque Igilgili et Rusarus. Flu men uero Ampsaga abest à Cesarea trecëtis uiginti duobus millibus.

De duabus Mauritanis.

VTriusque Mauritaniae lōgitudo decies quadraginta trium milliū, latitudo quadringentorū sexaginta septem. Ab Ampsaga Numidia est nomine celebrata. Numide Nomades dicti, cuius in mediterraneis colonia Cirta, et interius sicca, atq; Bulla regia. In ora uero litoris Hippo regius ac Tabrachia. Interius Zeugitana regio,

gio, que propriè uocatur Africa, habet hæc tria promontoria, Apollinis aduersum Sardiniam, Mercurij respectas Siciliam, que in altum procurrentia duos efficiunt sinus ab Hippone Diarytho. Deinde promontorium Apollinis, et in alio sinu Utica Catonis morte memoranda. Flu men Bragada, ac propinqua Carthago, inclyta pridem armis, nunc felicitate reuerenda. Demum Maxulla, Carpi, Misua, Clypeaq; in promontorio Mercurij. Item Curubis, Neapolis.

De Secundo Sinu Africæ.

Mox alia distinctio Libya, Phœnicos uocatur, qui Bizantium incolūt, que regio ducentis quinqua ginta millibus paſſū circuit, cuius satio centesimo mes fis incremento foeneratur. Hic oppida Puppup, Adrume tus, Leptis, Ruspæ, Tapsus, Thenæ, Macomades, Taca pe, Sabrata contingens Syrtim minorē, ad quā Numidiae ex Africæ ad Ampsaga, longitudo fuit millia quingenta octoginta, latitudo ducenta.

De Tertio Sinu.

Tertius sinus diuiditur in geminos duarum Syrtium recessus, uadoso ac reciproco mari, sed minor Syris à Carthagine abest trecentis millibus, ad maiore uero per deserta pergitur: que serpentibus diuersis ac feris habitatur. Post hæc Garamantes, super hos fuere Psilli. In deflexu ciuitas Ocensis, et Leptis magna. Inde Syrtis maior, circuitus sexcentorum uigintiquinque millium. Tunc Cyrenaica regio, eadem est Pentapolitana Am monis oraculo memorata, quod à Cyrenis abest cccc. millibus paſſuum. Urbes maximæ ibi quinque Ben nice, Arsinoë, Ptolomaïda, Apollonia, ipsa que Cyrene,

Cyrene. Berenice autem in extremo Syrtis cornu, ubi Hesperidum horti, fluuius Lethon. Lucas sacer abest à Lepti trecentis septuaginta quinque millibus. Ab ea Arsinoë quadraginta tribus, et deinceps Ptolomais viaginta duobus, proculq; Catabathmon et Marmarides. Et in ora Syrtis Nasamones. Deinde Marcotis Maretonium. Inde Apis Aegypti locus, à quo Parethonium in sexaginta duobus millibus. Inde Alexandria ducenta millia. Totius autem Africæ à mari Atlantico cum inferiore Aegypto, tricies quadringenta millia. Ab oceano ad Carthaginem magnam, undecies millies. Ab ea ad Canopum Nili proximum ostium sexdecies millies octoginta octo millia.

De Interiori Africa.

INterior autem Africa ad meridiem uersus interuenientibus desertis, habet Leucas Aethiopes, Nigritias, et ceteros monstruosa nouitatis. Post quos solitudines fugiende ad orientem uersus, Fluuius Niger eius, cuius Nilus naturæ est prorsus. Inter solitudines degunt Athlantes, qui neque ulla inter se nomina habent, et solidim precantur, quod eos cum measibus semper amburat. Hinc nunquam somniare uidentur. Troglodytæ in specubus manent, uescunturq; serpentibus, striduntq; potius quam loquuntur. Garamantes uulgo foeminis sine matrimonio sociantur. Augila inferos colunt. Gamphasantes nudis et imbellis externis nunquam miscentur. Blemie sine capite sunt, atq; hos et oculos in pectore gerunt. Satyri hominum nihil habet nisi faciem. Aegypanes quales pinguuntur existunt. Himantopodes debilitate pedum scrupulsi potius

potius quam incedunt. Pharusi comites Herculis fuere,
post hos finis est Africe.

De Aegypto quæ est Asiae caput.

Agyptus dehinc, hoc est Asiae caput: quæ una ab ostio Canopi ad ostium Ponti habet uicies sexies centum quadraginta tria millia passuum. Ab ore autem Ponti ad os Meotis sexdecies centena septuaginta quinque millia passuum. Verum Aegyptus introrsum ad meridiem tendit, donec a tergo Aethiopes obuersentur, cuius inferiorem situm Nilus dextra, leuaq; diuisus amplectitur, ut Aegyptum Nili possis insulam uocitare. Nam ab ambitu circumfluentis amnis, etiam Delta literæ figuram creditur detinere: sed a principio fissure ipsius fluvialis ad Canopicum ostium millia centum quadraginta sex. Summa autem eius pars cotermina Aethiopiarum oppidorum multas præfecturas habet, quas Nomos uocant, inter quas Menala, item Alexandrie regionem. Item Lybiae Mareotim. Heracleopolis autem insula Nili est, in qua oppida Herculis Arsinoita & Memphis, que ad summum Delta perueniunt. Nilus autem ipse incertis ortus fontibus creditur, cum Iuba rex eum a monte inferioris Mauritaniae de lacu Hilde oriri significet, quod animalibus hisdem, & argumentis foeture & perilis approbatur. In omni autem Delta Nili opida ducenta quinque ginta fuisse, Artemidorus attestatur. In littore Aegyptij maris præstantior urbium Alexandria cōstituta, ab Alexander magno cōdita, a Canopico ostio in duodecim milibus passuum iuxta Mareotim lacū, qui cōplures insulas habet, traectusq; quadringtonos, cuius tam longitudo,

quam

quam etiam latitudo centena quinquagena millia pas-
uum tenent. Vnde ultra Pelusiacum ostium Arabia est,
ad rubrum pertingens mare, quod Erithreum ab Eri-
thra rege Perse ex Andromede filio uocatum, à co-
lore etiam dictum rubrum. Nam fons est in littore, quem
cum greges biberint, in rubrum colorem incipiunt mu-
tare lanas. Huius maris oppidum Arsinoë.

De Arabia & Syria.

Verum Arabia tenditur usq; ad odoriferam, ac di-
uisitatem terram, sed iuxta est Syria multis distincta
nomimibus. Nam ex Palestina est, que contingit Ara-
biam, ex Iudea, ex Phoenicia, ex quantum interior
habetur, Damascene, in Meridiem uergens Babylonia.
Et ex eadem Mesopotamia inter Eufraten ex Tygrin.
Qua uero transit Taurum montem Sophene. Citra uero
etiam Comagene. Et ultra Armeniam Adiabene Assyria
ante dicta: Et ubi Ciliciā attingit, Antiochia. Lōgitudo
eius inter Ciliciā ex Arabiam quadringentorum septua-
ginta Mil. pas. est. Latitudo autem à Seleucia ad oppi-
dum Eufratis Zeuma quingenta uiginti quingenta ui-
ginti quinq; mi. passuum Ostracina Arabia finitur à Pe-
lusio sexaginta sex millibus passuum Apollonia, Pale-
stina per centum octoginta octo millia passuum proce-
dens supra Idumeam ex Samariam in Iudea longè, la-
teq; funditur. Pars eius Syria iuncta, Galilea uocatur,
A ceteris eius p̄tibus Iordane amne discreta: qui fluuius
oritur de fonte Paneade, Secunda elatio Iudeæ ab Hieron-
solymis, in quo latere est fons Callirhoë, ab occidente
Hesseni: qui sine cōcubitu ex cunctis cupiditatibus ui-
nunt:

uunt. Hinc aliquando interius Masada castellum, in quo Iudea finis est. Iungitur Decapolis, dicta à numero ciuitatum. Redeuntibus ad oram Phoenicie, colonia Ptolomais, à tergo Libanus ex Antilibanus montes. Et interiacentibus campis Bargilus item mons sedet. Item Syria desinente inter oppida Phoenicie Antiochia, qua Oronte amne dividitur. Super eam mons nomine Casius: cuius altitudo quarta uigilia solem per tenebras uidet.

De Eufrate magno fluuio.

IN Syria fluuius Eufrates nascitur à mōte qui uocatur Capodes, ibi quoq; Marsias, aliis annis inter Syriam et Pachiam oppidum palmira: moxq; Eufrates fluuius cuius decem dierū nauigatione in ipsam Seleuciam Parthorum urbem maximam peruenitur. Sed scissus Eufrates leuorsum in Mesopotamiam uadit, ex Tygridi infunditur. Dextro autem meatu Babylonī à petit, qua Chaldaea caput est. Sed redeundum ad oram Syriae, cui confinis est Cilicia, in qua oppidum Veneris ex Cypros insula, fluuius' que Paradyssus. Cilicia Pamphilia sociatur, cuius ultima Phasclis: dehinc que Lycaonia in Asiaticam iurisdictionem uersa: que ab illa parte, qua Galathie cōtermina est, habet ciuitates quatuordecim. Verum Pamphilie iuncta Lycia, à qua incipit mons Taurus, penè media tenus orbis conscius, quem peragraret, nisi maria restitissent. Qui aliquando flexuosus euadit, ex in Riphaeorum montium iuga sub nominum diuersitate pro tenditur. Nam inter cetera nomina idem Nypetes est, Caucasus, ex Sarpedon. Portarum etiam nomine censetur, ex alibi Armenia, alibi Cappia, ex idem Hycanius, Coraxicus.

Coraxicus Scythicus, Ceraunius appellatur. Lycia alias mons Chimera, noctibus flagrans. Hac habuit oppida se ptuaginta, nunc triginta sex sunt. Telmesus oppidum dicitur, quo finitur hinc Asiaticum sive Carpathium mare, ex quæ propriè uocatur Asia, cui ab oriente Phrygia ex Lycaonia, à septentrione Paphlagonia est. Huius longitudo quadringentis septuaginta millibus passuum: latitudo trecentis. Armenia altera ab oriente, à septentrione pontica. In proximo Caria est, mox Ionia: ultra cā Aeolis, media Doride. In Phrygia Celene antea, in Apameam commutata. Illic Marsyas ex natus, ex occidit, ex fluo nomen dedit, ex cum Apolline decertauit. Deniq; pars eius Aulocrene, unde Meander amnis exoritur.

De Phrygia prouincia.

Phrygia Troadi imminet, ab Aquilone Galacia est. A Meridie Lycaonia ex Pysydia, Mygdonia confinis est. Ab oriente Lyciae. A septentrione Misiae, Cariæ. Dehinc Tmolus loco florens, amnisq; Pactolus. Ionie, Miletos caput: ibi etiam Colophon, oraculo Clarij Apollinis celebrata. Meonia principium Sipylus, Smyrna etiā Homero notissima, quam circumfluit Meles fluuius. Nam Smyrneos cāpos Hermus intersecat, qui ortus Dorilao, Phrygiam, Cariamq; dispartit, iuxta Ilium sepulchrum Mennonis iacet. Supra Troadem in mediterraneo Teutrania est: quæ regio Myorum fuit. Ciuitas uero Teutrania Caico flumine alluitur. Ibi inter omnes Asia ciuitates, Pergamum clarus. Nam Bithynia initium Ponti est, ex ab ortu Thracie aduersa à Sagari flumine primos habitatores

habitatores habet, qui fluuius alij fluvio Gallo miscetur, à quo Galli dicuntur ministri matris deum. Hec ex Bebricia, ex Mygdonia dicta est. A' Bithynio rege Bithynia. In ea ciuitas Prusias: quam Hylas inundat lacus: quo puer eiusdem nominis dicitur interceptus. Ibi Libyssa locus Nicomedie proximus, in eo sepulchrum Hannibalis memoratur. Dehinc Ponti ora fauces Bosphori. Et amne Rhesum, Sagarimque sinus Mariadini, in quo Heraclea ciuitas portus Acone, ubi herba ueneni aconitum procreatur. Specus Acherusia, qui mergitur in profunda telluris. Inde Paplagonia, ubi à tergo Galathia est, sed hic Henetosa etiam ciuitas, à cuius ciuibus in Italia ortos Venetos ascrunt. Ibi promontorium Carambis, quod à Ponti ostio abest millibus passuum ducentis uiginti, tantum à Cimmerio. Ibi etiam mons Cytorus, ex ciuitas Eupatoria, quam Mitridates fecerat, sed eo uicto Pompeiopolis appellata.

De Cappadocia.

CAppadocia autem intrò uersus recedit, quæ leuorum ambas Armenias, Comagenemq; transcurrit, dextrorsum plurimos Asiae populos ambiens. Ad iuga Tauri succrescit in ortu. Præterit Lycaoniam, Psidiam, Ciliciam super tractum Syrie means, Antiochiæ partē Scythiam pertendens. Ab Armenia maiore diuiditur Eufrate fluuius: quæ Armenia inchoat à montibus Pariedris. In Cappadocia multæ urbes eximiae, inter quas Melita, quæ Semiramis condidit, ex Mazaca, quam dicunt urbium matrem: cui Argæus mons imminet, qui niues uerticis alter bicantis

bicantis ne astius quidem solibus superfundit. In hae Cappadocia. longitudo Asie undecies centena quadraginta millia.

De Assyria.

ASsyrii Adiabene incipiunt, quos excipit Media in prospectu Caspij maris, qua Caucasus montibus cingitur: sed Caucasus portas habet, quas Caspias dicunt, cautum præciones etiam ferreis trabibus obseratas, ad externorum transitum cohibendum: quamvis uerno etiam serpentibus occludantur, à quibus ad Pontum ducenta millia passuum esse non dubium est. In Ponto autem sunt insulae Symplegades, mox regio Mattiana, sola in eo tratu uitifera: inclusa montibus stadiorum mille quingentorum. Difficilis aditu propter solitudines arenosas, que sunt per centum uiginti millia passuum. Regionis prædictæ amoenitatem Alexander magnus delegerat, ex ibi primò nominis sui condidit ciuitatem, que excisa est, ex ab Antiocho Seleuci filio reparata, cum nomine patris eiusdem: cuius circuitus habet stadia septuaginta quinque. Inde Oaxus amnis, qui circa Bacram eius oppidum nominis, fluuióque ultra Panda oppidum Sogdianorum, ubi Alexander tertiam Alexandriam condidit, ad contextandam itineris prolixitatem: quippe emensi à Libero, dehinc ab Hercule areæ sunt constituta in testimoniū laboris immensi. Illam terrarum partem Iaxartes fluuius secat, qui Tanais putabatur: quem Dæmodamas dux transcendit: aliumq; eſe perdocuit: ex ultra Dydimæ Apollini aras extruxit.

De Peride

De Perside.

Hic Persicus limes Scythis iungitur, sed Scythico Oceano et Caspio mari. Quā in oceanum Eoum cursus est, profundæ in exordio niues, dehincq; longa de fertio. Postquam Antropophagi excursus in uios reddidere, post quos Seres, qui undis aspergunt arbores suas, ut lanugo, que sericum creat, posse admitti. Hi aliarum gentium homines aspernantur, et appositionem mer- cium. Sime colloquio gaudent implere contractum. Hinc Attacorus sinus, Hyperboreis beatitate consimilis, quo incolæ gratulantur, qui circuitu uallium auras nesciunt pestilentes.

De India.

Dhinc India, nam Ciconas in medio error astru- xit, sed à Medijs montibus inchoat India. Nam in Eoum mare à meridiano porrecta, salubris Fauonijs ue- getabilibus flabris, secunda estate annis singulis uege- tatur, bisq; frugem metit. Pro hyeme Ethesias perfert, Qimque millia habuit oppidorum, ex mundi pars ter- tia credebatur. Liber primus ingressus Indianam triumpha uit. In ea maximi fluuiorum, Indus, et Ganges, sed ab Scythicis montibus Gangens uenit. Et Hypanis ibi amnis immodicus, qui Alexandri magni iter inclusit: sicut in eius ripa locatae testantur arc. Latitudo Gangis ubi dif- fusior, uiginti mil. passuum: ubi angustus octo, profundus pedibus centum millia. Ibi reges, gentiumq; diuersitas, tam exercitibus, quam elephantis copiosa. Ultra Palibo trā urbē mons Maleus, in quo hyeme in septentriones um- bra: in austros estate cadunt, sensis alternate mensibus.

In eo loco per annum quindecim diebus tantum septentriones apparent. Homines fusciores: nam Pygmæi montibus habitant, & qui confines Oceano sine regibus degunt. Pandeam gentem foemine tenet: cui prior regina Herculis filia. In eo tractu etiam Nysam urbem esse Libero patri sacram, montemq; merum Ioui. Vnde fabula est, eum Iouis semine procreaturn. Ibi etiam insulas duas auri, argentiq; metallis, ac foetura prædicandas, etiam uocabulis approbatur: nam una Chrysera, Argyrea altera nuncupatur. Omnes Indi comarum fuso decorantur. Alij cœruleis, alijs crociniis fulgoribus tincti, gemmis comuntur. Funerations negligunt, elephantisq; uechi eximium putant: sed in Taprobane insula maiores elephanti quam Indici. Ampliores enim Margarite sunt, que patet in longitudine stadiorum septem milibus, in latitudine quinque milibus. Scinditur fluvio interfluentे, atq; Indiae prætentā est: in quam septem dierum iter, ut Romanis nauibus approbatum. Illic et illud mare ab his canalibus profundis senum passuum altitudine deprimitur. Ibi septentriones non apparent: Vergilius nunquam. Lunā ab octaua in sedecimam tantum supra terras uident. Ibi sidus clarissimum Canopos. Sol ortiuus in lœua conspicitur In nauigando nullum sidus oseruant: auium quas uehunt, uolatus sequuntur. Quaternis per annos mensibus nauigant. Homines ibi corpore grandiores ultra hominum mensuram, rutilis comis, cœruleis oculis, trucioris soni. Nullo lingue commercio genti alteri significantur. Cū negociatoribus alijs in ripa fluminis merces apponunt, ac uix cōplacitas mutaret. Actas illis ultra humanā fragilitatē prolixas, ut immaturè pereat qui cetera rei

rius moritur. Nulli per diem somnus. Annona eodē semper tenore. Aedificia humilia, paruaq; . Vitē nesciūt. Redundant pomis. Herculem colunt. Regem eum qui mitior, grauior, ac sine prole fuerit, eligunt. Et si in regno prolem suscepere, remouent: hereditarium formidantes imperium. Cum quo tamen alij triginta cognoscunt. Et si fuerit prouocatum, septuaginta iudices fūt. Rex Liberi patris cultu cōponitur. Et si peccauerit, interdicto omni usu ex colloquio, iugulatur. Culturas ex uenatus amant: uerum tygridum aut elephantorum pīficationibus delectantur, presertim testudinum, quarum superficie domos familiarum capaces operiunt. Dehinc habitant Ichtyophagi, quos Alexander uesci piscibus ueuit, nec longē insula solis, quae dicitur, ex nympharum cubile rubens. In qua omne animal uero feruoris absūmitur. Mox Hytanis Carmania fluuius, à quo primum aspici septentriones incipiunt. Deinde tres insulae, in quibus hydri marini, uigenum sunt cubitorum. In his rubrum mare littoribus sinu gemino disparatur. Verum orticus Persicus dicitur propter habitationem Persarum, qui sinus uicies ex sexaginta milli. circuitu patet. Ex aduerso alter Arabicus uocatur. Carmania quoq; Persis adiungitur, quae ab insula Aprodisia inchoat, quae translata est in Parthicum nomen, Littore quoq; occasui obiacet, milium est quingentorum quinquaginta. Oppidum ibi nobile Susa, in quo templum Dianæ. Susa iuxta Carbile, sive Babitace in centum triginta millibus: in qua sunt nomines qui aurum in profunda defodiunt, ne cui sit in usu. Parthici uero regni nongenta quadraginta quatuor millium passuum. Verum omnis Media, Par-

*this ex Persida ab oriente flumine Indo, ab occidente Ty
gri, à septentrione Tauro, Caucaso, à meridie rubro ma-
ri terminantur. Quæ omnes per latitudinem patent ter-
decies uiginti millia passuum, per latitudinem octingua-
ta triginta.*

De Babylonia.

Sed Chaldaæ gentis Babylonia caput est. Deniq; Assy-
ria ex Mesopotamia propter illius claritatem Baby-
lonia uocatur. Vrbs ipsa sexaginta mil. passuum muris
amplectitur, qui ducentis passibus alti, quinquagenis la-
ti sunt: nisi quòd amplius. Nam terni digiti singulis men-
sura nostræ pedibus applicantur. Hæc interluitur Eufra-
te. Ibi lous Beli templum, qui inuentor fuit discipline
syderalis. Hæc nunc ad solitudinem rediit exhaustæ Se-
leucie. Item in hunc usum etiam Tesiphōtem tertio ab ea
lapide condidere. Parthia nunc caput regnum est. Ha-
bitatur etiam abdita Aethiopie, ex adusta Troglodytes
rum, ex Ichtyophagorum gentibus, sed primi feras cur-
su prætereunt. Alteri nando marinas bellus uincunt. Sunt
ex Gorgones insulae, obuersæ promontorio quod uoca-
tur Hesperionceras. Has incoluisse Gorgonas ferunt, in
quas à continentibido nauigat. Ultra has Hesperidum
insulae, quæ intimo admodum mari sunt. Fortunatas au-
tem insulas in leua Mauritania constitutas inter meri-
diem, occasumq; non dubium est: quarum prima Umbrio
na dicitur: secunda Iunonia: tertia Theode, quartæ Ca-
praria: alia Niuaria, quæ aëre nebuloso ex concreto est.
Mox Canaria, canibus immensa magnitudinis plena, o-
mnes autibus plene, nemoroſe, palmiferæ, nuce pinea, mel-
lis

lis copia, annibus, ac syluris piscibus abundantes.

Item brevis repetitio.

Percursus breviter terrarum situs, licet ignobilia quæq; præteruolans immorari non potuerim, tamē ut orbem terræ, mariaq; admensa cognoscari, mensuram omnem breviter intimabo. A' Gaditano fredo per longitudinem directo cursu ad os Mæotis, tricies et ter uiginti septem millia quingenta paſuum. Vniuersus autē circuitus ab eodem exordio per sinus dictos intra Mæotim lacum, centum quinquaginta septē. Cum ipsa uero Mæotide centies octies, bis nongenta. Europa solius mensura octogies bis nongenta quatuor. Africæ longitudo tricies septies nongenta quatuor. Latitudo in Cyrenaicam eius partem nongenta et decem. Asia uero longitudo sexages ter septingenta quinquaginta. Latitudo ab Aethiopico mari ad Alexandriam, iuxta Nilum sitam per Mæroën et Syénem, decies octies uiginti quinque. Exposita est terre, quam ipsa peragraui, et quorumque mensura. Nunc ad artis precepta, ut iuſsum est, ueniemus.

Dixerat at Paphie paulò contractior ore
 Mora intricante leditur.
 Nixaq; mox famulis marcentia terga reclimat,
 Magis quod laſa pulchrior.
 Hic dudum roſcas inter resoluta puellæ
 Voluptas inquit anxia.
 Vnde hæc tam duris immitis rustica membris

Peregit orbis circulum,
 Et tantos montes, fluios, freta, compita currens
 Delere uenit tædia?
 Hanc ego crediderim sentis spimescere membris:
 Neq; hirta crura uellere,
 Namq; ita puluera est agresti et robore fortis
 Iure ut putetur mascula.

Quo dicto, iocus ministris Veneris suscitatur, ipsiq;
 Cytheree: cui de proximo susurratim decenter arrisit.
 Quam Archas nutu hilario: et quo eam solitus intueri,
 propter diuum reprehensiones circunspectus, inhibuit.
 Verum pronuba propter asidens, nihil mirum, inquit, Si
 properè Venus cum delicijs famulitio' que tam comi ap-
 pulsæ est lasciare: nam et nuptialiter lœta est, et blanda
 semper arridente Cyllenio. Et cū dicto Geometria pre-
 cipitur ad promissa properare: sed ita, ut summa quaç;
 perstringens, fastidium non suscitet tarditate. Tunc illa:
 Omnis mea, quæ in infinitum peragratur assertio, nume-
 ris lineis' que discernitur, quæ nunc corporea, tum incor-
 porea comprobantur. Nam unum est, quod animi sola
 contemplatione conspicimus. Aliud, quod etiam oculis
 intuemur. Verum prior pars, quæ numerorum regulis,
 rationibus' que concipitur, germanæ meæ Arithmetica
 deputatur. Alia est linearis, at' que optima huius pulue-
 ris crudita cognitio, quæ quidē ab incorporeis procrea-
 ta, ac sensim in multiplices formas effigiata, tenui, ac uix
 intellectuali principio in cælū quoç; subuehitur. Quod
 quidem insorporeum, inuisibileq; primordium, commu-
 ne mihi cum Arithmetica reperitur. Nam monas eiusdē
 inseparabilis procreatio numerorum est, mihi' que signum
 vocatur.

uocatur. Quod utpote incomprehensibile, parte nulla discernitur. Apud illam dyas lineam facit, mihi linea in longitudinem ducta latitudinis nil prorsus acquirit. Sua superficies item mihi tam longè, latè que diffusa, sine profunditate censetur. Illi numerus, qui cunctos accedere speciebus gregatim, sigillatim que potest, nisi rebus accidat, incorporeus inuenitur. Ergo incorporea utriusque principia.

De planis figuris.

Verum primæ apud me formandorum schematum partes duæ: una quæ dicitur Planaris, quam ἐπίστροφη Gracè soleo memorare. Alia Solida, quam στροφη dicimus. Et prioris principium σύμειου, quod punctum uel signum latialiter appellatur. Consequentis superficies, quæ ἐπίφανεια dicitur. Punctum uero est, cuius pars nihil est: quæ si duo fuerint, linea interiacente iunguntur.

De lineis.

Linea uero est, quam χρειμὴν vocamus, sine latitudine longitude. Linearum aliae directæ sunt, quas εὐθεῖας dico. Aliae in gyru reflexæ, quas κυκλικαῖς. Non nullas etiam, ἐλιξοεῖς. Alias καμπάλας pro obliquitate discrimino. Quæ tamen lineæ punctis utrinque secus includuntur, sicut ipsæ quoq; superficiem circuncingunt. Superficies est, quæ longitudinem ex latitudinem tantum habet, profunditate deserit, ut est color in corpo-

r s re. Hanc

re. Hanc ἐπιφανεῖαν Græci dixerunt: et ut dixi, eius termini sunt linea, siue plane, siue finitimes.

De plano angulo.

Planus autem angulus fit in planicie duabus lineis secundum unicem tangentibus, et non unam facientibus ad alterutrum inclinationem. Quando autem aequaliter intra se tenent angulum lineam, et directe fuerint, directilimeus dicitur angulus, ut Græce ἀντίγραμμος. Quando autem directa super directam iacentem stans dextra, leua que angulos aequales fecerit, directus uterque est angulus: et illa superstans perpendicularis dicitur. Sed Græce κάθετος. Angulus maior directo, obtusus dicitur. Minor directo, acutus. Diffinitio est res quæ alicuius est terminus. Forma, est res quæ ex aliquo, vel aliquibus terminis continetur. Circulus, est planaris figura, que una linea continetur. Hæc linea πόρεπιφανεῖα appellatur: ad quam ex una nota intra circulum posita, omnes directe ductæ linea, aequales sunt. Punctum autem circuli est, circuli media nota.

De Diametro.

Diametros, est directa linea quædam, per punctum supradictum ducta: que orbem equalibus partibus dividit.

De Hemicyclio.

Hemicyclium est figura, quæ Diametro et Pereipheria media, quam eadem diametros distinguit, continetur. Lineæ tres directæ, diversa positione, faciunt trigonum.

trigonum, quatuor tetragonum, multe polygonum. Et
 haec plane figure dicuntur: quarum sunt genera tria.
 Quorum unum directis lineis clauditur, quod Graci
 ἐνθύραμον uocant. Aliud, quod inflexis, quod καὶ
 πνύραμον dicunt. Tertium, quod directis simul cur-
 uisque lineis aptatur, quod μετόπη dicunt. ἐνθύραμος
 igitur ex τρίπλευρος, ex τετράπλευρος, et πολύ-
 πλευρος dicitur. τρίπλευρos tres habet formas: nam tri-
 gonus est. Aut ἰσόπλευρος, quod Latimè equilaterum
 dicitur, quod tribus paribus lineis, lateribus que concur-
 rit. Aut ἰσοκλής quod ex tribus lineis, duas aequales ha-
 bet, quibus quasi cruribus insistit. Denī que aequicru-
 rium uocatur. Aut σκελών, quod omnes tres lineas
 inter se inaequales habent. ἐνθύραμος. Item τετρά-
 πλευρος quinque species habet. Primam, que quatuor
 equalibus lineis ex directis angulis sustentatur, quod
 schema tetragonum dicitur. Secunda species, que direc-
 tiangula est, non equilatera: ex dicitur ἑτέρων.
 Tertia, equilatera est, non tamen directiangula, ex di-
 citur ἑρμῆς. Item que ex aduerso sibi latere aequalia
 ex contrarios angulos inuicem sibi aequalia, neque angu-
 los directos, ex dicitur ἑρμηνία. Item que nec late-
 ra sibi inuicem aequalia, nec angulos directos, sed acutos
 ex obtusos, ex dicitur ἀντίπλευρος. Extra has formas
 quicquid quadrilaterum est, τραπέζιον uocatur. Pare-
 lelle sunt directæ lineæ, que in eadem planicie con-
 stitutæ, atque productæ in infinitum nulla parte in se ma-
 cidunt. Dictum de Tetrapleuris, quorum similitu-
 do Polypleura schemata potest dicere. In his autem

Pentagona.

Pentagona, exagona, et cetera Eutigrammi generis continetur.

De genere Schematis secundo.

Sequitur secundum Schematum genus, quod curuis lineis informatur, quod κυκλογραμμον appellatur: cuius species due sunt, Vna quæ integri circuli rationes tenet. Nam integer est, cum ad eius circumferentiam ab uno centrali linea protenta undique aequales sibi sunt. Alia quæ obducti circuli diuersitates ostendit. Tertium genus est planorum Schematum, quod μητρὶ vocant, quod partim curvis lineis, partim directis includitur, ut est semicirculus, cuius ut supra dixi, gyrum curua linea facit. Et alia directa, quæ est linea sicut dixi ducuntur: latinè distinguitur: quæ si in circulo pleno sit, per centrum eius ad utranque circumferentiam peruenit.

De Ergasticis schematibus.

IN his generibus planorum, alia schemata dicuntur Ergastica, alia Apodictica. Ergastica sunt, quæ facienda cuiuslibet forme precepta continent. Apodictica, quæ probandi, quod asseuerant, afferunt documenta. Verum Græcis nominibus sic appellatur. Primus ὑστερός, Secundus, ἴθμεματικός. Tertius, ἀναγραφός. Quartus ἔκγραφος. Quintus, περίγραφος. Sextus πάρεμβολικός. Septimus, πεσευρετικός. ὑστερός est, qui docet quibus argumentis lincas præcidamus ad imperatum modum. ἴθμεματικός dicitur, quo docetur, quibus argumentis propositæ lineæ adiungi et ascribi possint. ἀναγραφός dicitur, quo docetur, quo modo concludendum sit

dum sit reliquum schema, quod imperatū est, ἔγγραφος est, qui monstrat, quibus argumentis dato circulo, uerbi gratia, imperatum trigonum, uel quid aliud in medio possumus conuenienter ascribere. τέτραγράφος tropus est, qui docet, quemadmodum datum circulum, uerbi gratia, quadrato concludamus schemate. περιεγράφος tropus est, qui docet quemadmodum, uerbi gratia, dato tetragono immittamus, datum trigonum, ut tetragonis spacia crescant, non schema mutetur. πλοτευρίσκος tropus est, qui docet, quemadmodum uerbi gratia inter datas impares lineas inueniamus medium, que tantum cedat maiori linee, quantum præcedit minorem. Hi sunt tropi generales Ergasticorum schematum. Apodictici autem tropi ideo transeuntur, cum mihi, cum Dialectica, quam audistis, communes sint. Sed omnia schemata quoq; partibus communibus intexuntur, que à Græcis sic appellantur. Prima, πρόθεσις, Secunda, θύρισμος. Tertia, κατασκεψις, Quarta, ἀπόδεξις. Quinta, συμπέρασμα. Latinè etiam sic possumus interpretari. Prima schematis propositum. Secunda determinatio quæstionis. Tertia dispositio argumentorum. Quarta demonstratio, comprobatioq; sententiae. Postrema conclusio. Hoc de generibus planorum dictum sit. Ad theorematum membra redeamus. Nam utiq; membra sunt Linea & Angulus. Angulorum natura triplex est. Nam aut iustus est, aut angustus, aut latus. Iustus est, qui directus & semper idem. Angustus autem acutus est, & semper mobilis. Latus vero obtusus, mobilisq; similiter. Nam cum latior fuerit directo siue multum, siue exiguum, obtusus tamen erit: & cum moueris, in eadem forma permanebit. Que mobilitas in

tas in lineis constat: cum maiores, minoresque formantur.
 Huius autem collationis quatuor sunt species. Prima dicitur ἴσθις. Secunda ὁμολογός. Tertia ἀναλογός. Quarta ἀλογός. ἴσθις est, cum collata consentiūt. ὁμολογός, cum duas lineas pares, unius mediae, duplo, pariliue conseruntur. ἀναλογός, cum linea ab alia duplo uicta, aliam tantundem supereret. ἀλογός uero est, quae neque aequalitatem; uel media, tertia ue parte, neque duplo, triplo ue, alteri ulla ue parte consentit. Omnis autem linea, aut ἄντη dicitur, aut ἀλογός. ἄντη antem illa est, quae prior proponitur, aut quae proposita linea communis mensura confertur, ἄντη autem dicitur quicquid conuenit. Proposita autem linea, quamuis collata non sit, tamē quia adhuc non est ἀλογός collata: ex habet quiddam, quod ex se sola perficiat, rationabiliter appellatur ἄντη. ἀλογός autem iam collata linea efficitur, si dissonare per omnia reperitur. Lineas autem quae sibi consentiunt, συμμετρους dicimus: quae non consentiunt, ασυμμετρους. Et non mensura sola, sed ex potentia συμμετρους facit, ex dicuntur δυναμεις συμμετραι. In mensura autem pares, μεταξιαι συμμετραι appellatur. Ergo cum tam mensura, quaeque potentia conferantur, omnes que uel potentia, uel mensura discrepant, ασυμμετραι sunt. Ex his Alioquin tredecim fiunt, quarum prima dicitur μετρη ἀλογός. Secunda ex uno μεσων ἀλογός. Huius species sunt sex, quarum prima dicitur πρώτη ἀλογός. Secunda similiter δευτέρη. Item τρίτη, ex cetera deinceps. Item tertium genus dicitur ἐκ ονοματη πρώτη ἀλογός, ex similiter ut supra.
 Quartum, ex uno μεσων δευτέρης ἀλογός.
 Quintum genus dicitur, μετά την ἀλογός.

Sextum

Sextum, ἐκ δύο μέσων διναιμένη ἀλογος.

Septimum, δια μέσον διναιμένη ἀλογος.

Octauum, ἀποτόμη ἀλογος. Huius species sunt sex.

Prima, Secunda, Tertia. Et deinceps dicuntur ut supra.

Nona, μεση ἀποτόμη πρώτη ἀλογος.

Decima, ἀποτόμη δευτέρη ἀλογος.

Vndecima, ἐκ μεσωνι μέση ἀλογος.

*Duodecima, μετά διπτοῦ μεσων τὸ ὅλον ποιῦσσα
ἀλογος.*

Decimatertia, μετὰ μέσου ὅλον ποιῦσσα ἀλογος.

*Hec omnes mixta ceteris linea, dum aut trahunt suae,
aut alienas vires accipiunt, diversis rationibus certos spa-
tiorum modos, quos Graeci χῶρας appellant, demona-
strant.*

De solidis figuris.

Hec de planis dixisse sufficiat, nunc de solidis, que
separē dicimus, uideamus, sepeū schema, longitudi-
ne, latitudine, altitudine constat: cuius extreum super-
ficies est, ut in planis linea. Subsistit autem solidum sche-
ma planorum schematum superficie. Nam subiacenti tri-
gono Pyramis imponitur, circulo conus, aut chelindros,
quadrocubos, &c cetera similiter.

Sphera sanè intrinsecus capax omnium circulis sub-
stitit, in quos resolutur. Soliditas uero efficit schemata
generalia, que dicuntur à Gracis Pyrames. Item Prisma,
id est, sectio, que instar schematis est. Item Cubus, item
Conus, item Chelindrus, item Sphera. His adducuntur no-
bilia schemata ex his composita Occedros, item Duo-
decedros, item Icocedros: que cuncta cum ordine suo
monstremus in pulucre. Hec primitus concedenda.

Fab

Et si ab omni signo, ad omne signum directam lineam ducere: ex terminatam directam, per continuum indirectam emittere: ex omni centro, ex interstitio circulum scribere: ex omnibus directos angulos inuicem aequales sibi esse, et omnem directum lineam terminatam, quantum uidetur producere. Et si in duas directas lineas directas linea incident intus, ex eadem parte duos angulos, duabus rectis minores faciat, ex illa parte qua sunt minores, duabus directis directas lineas conuenire. Communes animi conceptiones sunt tres, quae eidem aequalia sunt. ex inuicem sibi aequalia sunt. Si aequalibus aequalia addas, tota aequalia esse. Et si aequalibus aequalia adimas, aequalia sunt reliqua.

Hec cum permissa conficeret, lineam in Abaco rectam ducens, sic ait. Quemadmodum potest super datam directam terminatam lineam Trigonum equilaterum constitui. Quo dato. complures philosophi, qui undique secum constipato agmine consistebant, primum Euclidis Theorema formare eam uelle cognoscerent, confessim acclamare Eucli, plaudere que cœperunt. Cuius laudibus etiam ipsa Geometria plurimum gratulata, se persectantis gloriam sublimari, prouehi que cognoscens, ab eodem libros eius, quos casu apportari confixerat, festina corripuit, atque in cetera astructionis doctrinae documentum, Ioui ac senatui calitum offerens intimauit. Quo facto doctissima canticarum ex benignissima comprobatur.

Finis sexti libri.

Martiani

MARTIANI
CAPELLAE DE
ARITHMETICA,
LIBER VII.



Ostquam conticuit prudēs permensio
terre:
Incuba sollertes curam que instigat in
artes:
Sic Abacum perstare iubet, sic tegmina
ne glauco

Pandere puluereum formarum ductibus & quor.
Altera tunc etiam gerularum accire iubetur,
Germanam, doct̄a mundum quæ admensa sororis.
Nec mora digreditur. Tunc rursus Dia Voluptas
Ipsius ætherea Cylleni immurmurat aure:
Cum doct̄as superis admirandasq; puellas
Approbat omnipotens, tu optati lensus amoris
Gaudia longa trahis: captumq; eludis honorem?
Seria marcentem stupidant commenta maritum.
Talia complacita spectat fastigia Virgo,
Nec te cura tori, nec te puer ambit herilis,
Nec mea mella rapis, quenam hec hymenia lex est,
In Veneris agro Pallas sibi vindicat usum,
Quam melius thalamo dulcis petulantia feruet.
Casta maritalem reprimit Tritonia mentem,
Et nuptæ non equa uenit, poscenda Dione est,
Conueniensq; tibi potius celebrare Priapum.

Hic

His Athlantiades auditis, licet risum inhibere posse
posset, ne infacetus tamen ex impar lepidus haberetur.
bilaro susurramine sic respondit.

Licet urgeas Voluptas,
Thalamos mire suadens,
Tamen exeret peritas
Brevis ambitus puellas
Demumq; nec iugalis
Cessator intricatus
Tardabo fulcra lecti
Et si quid illa nostræ
Veneris feret uoluptas
Ne uobis abnegabo:
Furtis modo allubescat:
Ut clam roseta parue:
Liliaq; det papille.
Ne nunc sexus iugalis
Cura ferale morsum:
Et uulsa pellis acre
Laceros trahat capillos.

Quo dicto renidens, ex plus solito latior Voluptas
ad Venerem regresa, cuncta eius auribus intima=
uit, quæ delitiosa mollitie, ex interrum=
pente genas rubore penè prodidit susurrata. Tunc=
que marcidulis decenter peta luminibus Mainge=
nam conspicatur, ex quodam aspectu promitten=
tis illexit: quam Saturnia de propinquo, uelut depre=
hendentis

bendentis castigabat obtutibus. Quæ dum geruntur, Pædiaq; egressa dudum cum alia fœmina miri decoris ingreditur: cui quædam maiestas nobilissimæ uetus statis, ex ipsius Tonantis natalibus, ortuq; precelsior uultus ipsius lumine renidebat, quæ etiam miraculis quibusdam capitis reuerenda uidebatur. Nam primo à fronte uno, sed uix intelligibili radio canticabat. Ex quo item alter erupens, quadam ex primo linea defluerat. Dehinc tertius ex quartus, tūq; etiā nonus. Decuriaturq; primus honorū, reueredūq; uerticē duplis triplisq; uarietatibus circulabant, sed innumerabili radios multitudine prorūpētes in unum denuo tenuatos, miris quibusdam defectibus contrahebat. Huius autem multiplicem, pluriformemq; uestem quoddam uelamen quo totius nature opera tegebantur, abdiderat. Digihi uero virginis recursantes, ex quadam incomprehense mobilitatis scaturigine uermiculati. Quæ mox ingressa septingentos decem ex septem numeros complicatis in eos digitis Iouem salutabunda surrexit. Tum philosophia, ut Tritonidem propter astatabat: quid numero tali Arithmetica intulisset, exquirit. Cui Pallas, proprio inquit Iouem nomine salutauit. Ac tunc illi radius primus emerserat, qui collinias lucis nitore porrecto, ipsius Iouis uerticem illuminauit. Quibus miraculis radiorum innumera rerente multitudine prorumpente, nonnulli tellustres, sylvi coleq; Diui Herculem cōspicati, opinantes eam hydreo germine pullulare. Ac tunc ab orto terrigenis musfantibus murmure puer ille Piceus iussus admovere silentium. Verum foetinam Pythagoras, ut inter sapientes assebat usque Abacum consecutus, idem

que iam artem promere cupienti, quādam lactei laminationis faciem officioso consistens, munere preferebat. Tum illa antequam iuberetur, quid oportet, expromere sic exorsa:

Non ignota celo, nec rebus mundanis ignorata, quae genui adueni, super uestrum quidem nihil designata cōcilium, quamvis singulos uos, uniuersosq; recensem ex meis ramalibus germinari, tuq; potissimum quem principalis ante cūctos procreauit emissio, tue singularis præmigenaq; naturæ fontem Iupiter recognoscet. Nec de spicabilem uestrum omnium matrem, Mercuriale quod habeo me faxit officium, cum prosapiam archane artis originisq; primordialem uobis studeam comprobare. Que cum in terris exerceor, astrorum populus recognoscat honorandam suæ multitudinis genitricem.

De Monade.

PRE cunctis igitur affata sacra monas est: quam ante cuncta uibrantem sociati postmodū numeri principia docuerunt. Que si species est, accidens cuilibet extantium. Primo prius' que est, quod numerat, quād illud numerandum, ritè eam ante ipsum, quem principem dñe, uenerantur. Nec disimulabo, quòd monas retrahit tantibus unum solum ipsa esse, ab ea atq; cetera prouocari, omniumq; numerorum solam seminarium esse: solumq; mensuram, & incrementorum causam, statumq; detrimentorum. Que tamen ubiq; pars est, ubiq; totum, dum per cuncta perpetua. Neque enim que est ante extantia, & que post absumpta non absconditur, potest non esse perpetua. Hanc igitur partem omnium locu-

uenit esse memoratum: quod quidem idealis illius, intellectualisq; speciei uis causatiuo testatur. Ad cuius exē plūm unum deūm, unum mundum, unumq; solem, singula remq; lunam: elementa etiam in quo extant singula memorari. Licit Aristoteles unus ē sectatoribus meis, ex eo quōd unum solum ipsa sit, & se queri semper uelit, Cupidinem afferat nominatam, quōd se cupiat. Siquidē ultra nihil habeat, & expers totius elationis, aut copulæ in se proprios detorquet ardores. Hanc quoq; alij concordiam, hanc pietatem, amicitiamq; dixeré, quōd ita nectat, ut non seceretur in partes. Tamen rectius iupiter nuncupatur, quōd sit idem caput, ac pater deorum.

De Diade.

DEniq; cum unum facta in quodcunq; defluxerit, linet eius linea inseparabilis, ac sine latitudinis significatione fundatur, Diadem tamē facit. Quæ Dias, quōd sit prima procreatio, à nonnullis Genesis dicta: quōd autem inter eam, ac monadem prima coniunctio est, consortiumq; consimile, Iuno perhibetur, uel coniux, uel germana precedentis. Est autem medietas capax. Nam bona, malaq; participat: Eadem discordia & qua aduersari. In bonis uero eadem iustitia, quōd duobus aquis gaudat pariter ponderatis, Eademq; societas, quōd uinculum, quo media connectantur, habeatur utrinque commune. Ab hac numerus auspicatur. Et est opinabilis corporatio, motusq; primi probamenum. Elementorum etiam mater, nam de diade quartus elementorum numerus procreatur: prima que forma paritatis est.

De Triade.

TRIS uero princeps imparium numerus, perfectus censendus. Nam prior initium, medium, finemque sortitur, et centrum medietatis ad initium, finemque interstitiorum equalitate componit. Denique fata, gratiarumque germanitas, et quedam Virgo, quam dicunt Caelorum, hereboque potentem, huic numero colligatur. Ex eo etiam perfectus, quod perfectos gignit, senarium, nouenariumque, cuius auspicio preces tertio ac libamina repetuntur. Tres symphonias continet Harmonia, id est, Diapason, Hemolion, Diatesson. In tria septentia temporis cursus alternat, ideoque tribus diuinatio memoratur. Idem nondana perfectio est. Nam monadem fabricatori deo, Diadem materie procreanti, Triadem idealibus formis consequenter aptamus. Animum uero rationis et iracundiae, cupiditatisque distribuere tricario.

De Tetrade.

OVid Tetradem dicam: in qua soliditatis certa perfectio. Nam ex longitudine ac profunditate componitur. Decasque plena his quatuor numeris gradatim plicitis integatur, id est, uno, duabus, tribus, quatuor. Item Hecatontas à decade quaternario cumulatur, id est. x.xx.xxx. xl. qui sunt ceterū. Et item à centum quatuor numeri redditū mille, id est, centum, ducenti, trecenti, quadringenti. Sic decem millia, ceteraque excrementa complentur. Quid quod quatuor anni tempora, frontesque cœli, elementorumque principia

cipia esse non dubium est. Hominum etiam quatuor aetas, quatuor uitia, quatuorq; virtutes. Hic numerus quadratus ipse Cyllenio deputatur, quod quadratus deus solus habetur.

De Pentade.

Sequitur pentas, qui numerus mundo est attributus. Nam si ex quatuor elementis ipse sub alia forma est quintus. Pentade est rationabiliter insignitus: qui quidem per mixtione naturuli copulatur: Nam constat ex utriusque sexus numero. Fries quippe uirilis est, dies foemineus existimatur. Etiam Apocatasticus dicitur. Et siue cum alijs imparibus, siue cum suo genere sociatus, se semper ostendit. Nam quinq; per quinq; habes xxv. Et quinque terni xv. Et quinque septeni, trigies quinques. Et quinque noueni, quadrages quinques: Item 20 nam terre quinque. In homine sensus quinque: Totidemque habitatores mundi generibus, ut homines, quadrupedes que, reptantes, natantes, uolantes. Hunc numerum quis neget esse diametrum? Nam decades perfectio, circulus que huius hemisphaerio difficitur.

De Hexade.

Sexarium autem perfectum, analogumque esse quis dubitet, cum suis partibus impletatur? Nam ex sexam sui intra se continet, quod est unus. ex tertiam, quod duo, ex medietatem, quod tria. Item

naturalia officia, sine quibus esse nihil potest, sunt sex, Magnitudo, Color, Figura, Interiuallum, Status, Motus. Item motus totidem differentie sunt, nā mouetur priorsum, retrorsumque, dextra, lauaq; sursum, deorsumque. Nam ille eternus quidam motus est circuli. Hic autem numerus Veneri est attributus, quod ex utriusque sexus commixtione confertur, id est, ex triade: qui mas, quod impar est numerus, habetur. Et diade, que foemina, paritate. Nam bis terni, sexis faciunt. Solida etiā figura quadrati, sex superficies habet. Talius harmonie toni sunt sex, id est, quinque toni, ex duo hemitonia. Idem per primum motum, hoc est, diadem collatus, duodecim facit: inter quos duos numeros, duo medij inueniuntur, id est, octo et nouem. Quorum unus ex meo nomine, regulaq; censetur. Nam Arithmeticus memoratur idem nouenarius. Eodem enim numero superatur à duodecim, quo novenarius numerus superat senarium, id est, tribus. Alius autem numerus, id est, octo musica ratione confertur. Ea enim parte superatur à xij. qua ipse superat sextum, id est, tertia. Nam sexti tertia, duo sunt, duodecimi tertia quatuor: quod Geometrica ratione componitur. Ea enim post collationem media octo per nouem, que extrema, id est, sex per duodecim. Nam utraque faciunt septuaginta duo. Item in maioribus numeris, media extremorum rationibus componuntur, sub praedicta senaria ratione: nā sexies septuagesies dipondius, quadringentos trigies dipondius. Similiter octies septuagesies dipondius quingenos septuagesis sexis. Item nouies lxxij. faciunt sexcentos xlviij. Similiter duodecies, faciunt dccclxiiij. Que media inter se multiplicata reddunt numeros extremorum in-

ter se

ter se conuenientium. Hic primus numerus, id est, senarius, harmonias ostendit genuisse. Quippe sex ad duos decim, est symphonia Diapason: sex ad nouem, hemiolos: sex ad octo, epitritos, id est, symphonia Diateferon. Vnde Venus harmoniae mater perhibetur. Item hic senarius quadrato et solido quaternario sociatus, horas diet, noctis que dimetitur: nam quater seni uiesis quadruplicis faciunt.

De Heptade.

Quid autem te Heptas ueneranda commemoremus? Quae quod naturae opera sine foeturarum contagine conformas, inter deos Tritonie uirginis uocabulum possedisti: nam cum omnes numeri intra decadem positi, aut gignant alios, alijs que gignatur, aut procreentur, Hexas octas generantur tantum modo. Tercras autem ex creat ex creatur. At Heptas, quodd nihil gignit, eò par Virginis perhibetur. Sed quod à nullo nascitur, hic Minerua est. Et quod ex numeris tam masculinis, quam fœmininis cōstet: Pallas Virago est appellata: nam ex tribus ex quatuor septem sunt. Qui numerus formam lunc complectitur: nam prīmò est corniculata, quam uovoudu Græci uocant. Deinde medilunia, quam dicunt διατομη. Dehinc dimidiato maior, quæ dicitur αὐτίκυρος. Mox plena, quæ dicitur πεντελικος. Item tres formas prædictas deficiēs repetit, hic numerus lunæ cursum significat. Nam unum, iiij, iiiij, v, vij, viij, xxviij, faciunt. Item septem sunt circuli, ex tot planetæ, tot dies, tot que

65 transuisiones

transfusiones elemētorum. Nam ex informi materie pri-
mus ignis, ex igni aér, ex aëre aqua, ex aqua terra.
Item sit ascensio, et ex terra aqua est, et ex aqua aér,
et ex aëre ignis, et ex igni materiem incomprehen-
sam, iam non poterit perueniri. Quid omnium na-
tura, nonne huic probatur numero deseruire? In
principio septimani partus hominem absolutum per-
fectum que dimittunt. Dehinc ideo homo septem mea-
tus habet in capite, sensibus preparatos, duos oculos,
auresque, et nares totidem, et unum os. Dehinc
mense septimo paruulis dentes emergunt, ac septimo
anno mutantur. Item secunda hebdomada puberta-
tem moret, gignendi que possibiliterat. Tertia flo-
rem genarum. Quarta incrementa statura: finiun-
tur. Quinta iuuenilis statis plena perfectio est. Se-
ptima etiam natura abstruxit membra uitalia, linguan
cor, pulmonem, lienem, iecur, et duos renes. Item septem
corporis partes hominem perficiunt. Caput tenus in
collo, pectus, uentrem, duis manus, totidemque pedes.
Totidemque stelle in uertice axis celestis.

De octade.

AT octonarius numerus primus cubus est, et perfe-
ctus vulcano dicatus. Nam ex primo motu, id est
diade, que luno est, constat. Nam dias per diademum facit
tetradem. Ad haec bis ducta, facit octadem. Perfectus itē,
quod à septenario tegitur. Omnis enim cubus sex super-
ficies habet. Item ex imparibus cōsecutis impletur. Nam
primus imparium trias, secundum pentas, ambo octadem
faciunt.

faciunt. Item cubum, qui à triade uenit, id est, xxvij, sequentes impares reddunt, id est, heptas, enneas, et xj, qui omnes faciūt xxvij. Itē tertius cubus, qui à tetrade uenit id est, lxiij. Nā quater quaterni, xvj. sunt. Hoc quater. lxiij. fit, et hic ex imparibus quatuor, qui superiores sequuntur, id est, xij, xv, xvij, xix, sunt simul lxxij. Et sic omnes cubi per imparium incremēta inueniuntur, sui duntaxat numeri. Sanè hic octonarius cubus ita omnium cuborum primus est, ut monas omnium numerorum. Cubus autem omnis etiam matri deūm tribuitur. Nam ideo Cybelle nominatur.

De Enneade.

Enneas quoque perfecta est, et perfectior dicitur, quoniam ex triade, perfecta forma multiplicata perficitur. Deinde, quod primi uersus finem tenet, et ideo Mars appellata, à quo finis omnium rerum. Quadratus quoque finis est eorum, quae per collationem augeatur. Nam et harmonia ultima pars est. Ad Enneadēm enim ab octade collatio, percussionis sonus efficitur. Non minus nouem musas dixerē. In mundo etiam nouem sunt zonæ, id est, sphæræ, et dcorum septem et terræ.

De Decade.

Decas uero ultra omnes habenda, que omnes numeros diversæ uirtutis ac perfectiōis intra se habet. Que licet primi uersus finis sit, secundæ monadis implet auxilium. Hec primi uersus numerorum regulas, analogias, genera, species, differentias, perfectiones, et imperfecta concludit. Daturq; Iano, quamuis eam plurimi Apocalastasim memorarint.

Quid

Digitized by Google

Quid sit numerus.

Dictum breuiter, qui numerus primum uersum facit, quos deorum contineat, quasq; uirtutes, iam nunc quid ipse numerus sit, quas'ue inter se analogias seruet ex formis, breuiter intimabo. Numerus est cōgregatio monadum, uel à monade ueniens multitudo, atq; in monadem definens. Sunt autem numeri simplicis regulæ quatuor. Prima est, que appellatur à paribus par. Secunda à paribus impar. Tertia, ab imparibus par. Quarta, ab imparibus impar, quas inferius memorabo. Sunt etiam qui primi numeri appellantur, qui à nullo numero diuidi possunt, nisi à monade tantum non diuidi, sed componi uidentur, ut puta vii. xi. xiiij. xvij. ex cetera similia: nullus enim eos diuidere, uno ordine potest. Quapropter primi appellantur, quoniam à nullo numero exoriuntur, nec aequis portionibus discernuntur. A semet igitur nati alios ex se creant numeros. Quoniam ab imparibus paria fuent, à paribus impar fieri nullo modo potest. Ergo primi numeri necessariò habēdi pulchriq;. Sed omnes numeros primi uersus sub his regulis retractemus. Monas quidem numerus nō est. Dias par est. Trias, ex ordine exvirtute primus. Tetras, à paribus par. Pentas primus. Hexas, à paribus impar, ex ab imparibus par. Vnde ex perfectus nominatur. Heptas primus. Octas à paribus par. Enneas ab imparibus impar. Decas ab imparibus par. Sicut in primo uersu, ita ex sequentibus ha regule colliguntur. Primus igitur uersus est, à monade usque ad Enneadem. Secundus, à Decade usque ad xc. Tertius uero ab hccadone usque ad dcccc. Quartus, qui ex ultimus à milie usque

Le usque ad nouem millia, licet nonnulli Graci ex iugis
ad tecisse videantur. Mibi uero solus numerus approba-
tur, qui digitis coheretur. Alias quedam brachiorum
contorta saltatio sit, que fit, ut numeros Germanae pre-
cedentis formis, ac linea concinamus. Nam mibi in pri-
mo uersu monas, illi in signo principium, quod non ha-
bet partes. In secundo uersu à decem numeri uelut linea
discinduntur. In tertio uersu quadrati ex centum, re-
quisq; finiunt, que uelut latitudo prima longitudini so-
ciatur. In quarto uersu iam cubi sunt: ideo ex mille, re-
quisq; societas. Finis ergo, uel limites mibi sunt monas,
decas, hecatontas, ex mille. Geometrie uero nota, linea,
figura, soliditas. Nam monas ita individua est, ut nota.
Decas uero in numeris, ut linea longitudinis solius. Hec
hecatontas quadratus qui est superficies, ex in latitudine,
ex in longitudinem dividitur, id est, decas per decas fit
centum quadratus. Hoc per decem fit cubus mille. Omnis
impar progressus à monade per singulas positiones neces-
sariò quadratos efficit. Prima ipsa monas fecit quatuor.
Primū quadratū assacias, quinq; fecisti. Secundū quadra-
tum assacias vii. ex nouē fecisti xvi. quadratum tertii.
Adiçis item nonas, ex perficiis quadratū xxv. Eodem mo-
do progreditur ratio usq; in infinitū. Sed ad superius di-
uisa regrediar. Omnem numerum aut parem, aut imparē
esse, ex utroq; finiri. Quicquid numero adiçiatur, finito
finitum adiçci, neq; ex infinitis, finitum fieri posse.

De pari & impari, ex his- qué compositis.

OMnis rerò numerus, aut par, aut impar est. Par
est, qui in duas aequas partes diuidi, ut ii, iiiij, vi.
Impar,

Impar, qui in duas aequas partes diuidi non potest, ut in
iij, *v*, *vij*. Deinde ex imparibus, quidam ex imparibus tan-
zum impares sunt, ut *iij*, *v*, *vij*. Quidam etiam multitu-
dine constant, ut *ix*. *xv*. *xxij*, quos πορισάντις πορισάσ-
Græci appellant. At in his, qui pares sunt, plura discrimi-
mina sunt, an pares sunt, et diuidi possunt. Ceteri uel ex
paribus pares, uel ex paribus impares, uel ex imparibus
pares. Et illos Græci αρχιτάκις αρτίς, uel πορισά-
ντις αρτίς, uel αρτίαν πορισάς nominant. Pares
ex paribus sunt quatuor, quia ex his binis octo, quia ex
his quaternis constat. Pares ex imparibus sunt, qui pares
impari multiplicatione fiunt, ut bis terni sexis, aut quin-
quies quaterni uies, quod genus Græci πορισάντις αρ-
τίου uocant. Et hi qui imparem numerorum multitudi-
nem pari multiplicatione consumant, ut cum bis terni
sexis, et quater quini uiginti fiunt, quod genus αρτία-
ντις πορισάντις Græci uocant. Qui numeri quamuis idem
sunt, rationes tamen in crescendo diuersas recipiunt, at-
que ex his ipsis quidam in duas partes diuisi protinus in
impares numeros recidunt. Quidam semel, sepius ue per
pares replicati, citra singularitatem in impares resolu-
untur. Nam duodecim et uiginti semel per pares di-
uidi possunt. At *xlviij*, nimirum bis uicenos quaternos
inde bis duodenos, deinde senos omnes adhuc pares effi-
ciunt, nouissimè in ternos impares decidunt. Ita que ne-
mo longius procedere simili multiplicatione potest,
quin ut duplicatione reuoluta ascenditur: sic per re-
plications, item in plures partes digeritur. Nam
uiginti et his dena sunt, et quinque et quaterna, et
decies bina.

De quatuor

De quatuor speciebus numerorum.

Quatuor deinde species numeros excipiunt. Quia
dam enim sunt per se incompositi, quidam per se
compositi. Quidam inter se incompositi,
quidam inter se compositi. Ex quibus duo priores primi
numeri duo sequentes, secundi nominantur. Sed ea res,
quò facilius addisci posse, planius iudicanda est. Prima
Et minima omnis numeri mensura singularitas est. Quia
nullus numerus non in singula dividì potest. Deinde cum
etiam aliae mensuræ excipiunt, ut duplicationes, quæ du-
plo, Triplicationes, quæ triplo increscent. Cum hoc ita
sit, quibusdam numeris in singularitate sola mensura
est, qui nisi in singula digeri non posse: quales sunt
tres, tantum impares tres sunt. Quibusdam uero et in-
alijs quales sunt quatuor et nouem. Nam bis bina qua-
tuor, ter terna nouem sunt. Ita illa duplicatione, hæc
triplicatione metitur. Ac sèpe una quidem talis mensura
numeros habet plures, siquidem octo metiri, et qua-
druplicatione, et duplicatione facile est. Cum et quater
bina, et bis quaterna octo sunt. Inter quæ euidentis est,
quicquid aliqua multiplicatione metimur, metiri nos
etiam singularitate posse. Sed non ubique singula-
ritatis mensura est, esse alicuius etiam multiplicationis
neceſſe est. Ita singularitas omnibus mensura commu-
nis quibusdam unica est. Et cum hoc ita sit, per se in-
compositi numeri dicuntur, qui nullam mensuram
habent, nisi singularitatis. Per se uero composi-
ti, quos metiri non tantum singularitate, sed alia quo-
que multiplicatione, licet et hæc quidem singulorum
numerorum

numerorū estimatio sit. Bini uero plurēsue iuncti inter se incompositi esse dicuntur, qui nullam communem mensuram nisi singularitatis habent, ut $iij.$ et quatuor. Neq; enim interest an quatuor dupli mensuram habeant: cum eadem illa in tribus non sit. At inter se compositi sunt: quibus alia quoque quam singularitatis mensura communis est, ut nouem et $xij.$ Quorum utrumque triplicatione metiri, cum ter terna ix. ter quaterna xij. fiat. Cum uero alij numeri in singula tantum: alij etiam in aliquos solidos numeros dividantur, ut re ipsa discreti sunt. Sic etium uocabulis discernam, ne qua inde legentibus confusio oriatur. Et cuiusque numeri membra nominabo solidos numeros, in quos is deduci poterit, ut in $xij.$ sunt. At singula, et si qui etiam solidi numeri immixti singulis inserentur, partes appellabo, ut in septem, uel totidē singula, uel etiam bis terna singulo adicto.

De numeris perfectis & imperfectis, & plusquam perfectis.

EX numeris quidam perfecti sunt, quidam ampliores perfectis, quidam imperfecti, τελεοι, et υποτελεοι Graci appellant. Perfecti sunt, qui partibus suis pares sunt. Ampliores perfectis, qui plus imparibus suis quam in se ipsis habent. Imperfecti, in quorum partibus minus quam in ipsis est. Exempli causa sumamus sex. Hi et in singula diuidi possunt, et in bina, et in terna. Cum ex sexies singula, et ter bina, et bis terna fiat sex. Ergo partes eius sunt unum, duo, tria. Nunc in unum haec conferuntur, fiant sex. Hoc est esse pacem

rem partibus suis: ex hoc numeri genus in aliqua uirtute est. Cetera in uitio, uel exuperante, uel ex deficiente, ut puta sumamus xij. ex duodecies singula, ex sexies bina, ex ter quaterna. Et bis sena xij. fūnt. Ita que eius partes sunt, i. ij. iiij. iiiij. vij. Quae iunctæ in unum sexdecim efficiuntur. Hic amplior perfecto numerus est. At xvij. fūnt. iunctis singulis sexdecies, octonis bis, binis octies, quater quaternis. Neque pariter has si facias ulla eius numeri mensura est. Collati autem in unum, i. ij. iiij. viij. non ulla faciunt quam xv. minus eo, ex quo orti sunt. Hic imperfectus numerus est.

De planis & solidis numeris.

Alii etiam plani numeri sunt, alii crastitudinem quoque in se habent. Planum numerum esse Græci dicunt, qui à duobus numeris continetur. Id eiusmodi in ratione mensurarum tantum de norma contineri, quantum à toto quadrangulo, cuius pars in ea norma sit, existimat, id est, ad numeros plani referuntur. Qui in duo latera ordinantur: Sicut rectum angulum facienti ex norma similitudinem representent. Igitur si in alterum latus quatuor, in alterum tria porrigitur, hi duo numeri legę eorum duodecim capiunt, planumque eum numerum nominant. At crastitudinem aiunt, à tribus numeris. Sint in alterum puta latus quatuor, in alterum tria, supra deinde quatuor adiiciuntur. His numeris altitudinem quocum super inferiorem norma impleri dicunt, includi que xxiiij. In quibus obscuritate ex superuacuo quesita cudentissimum est planum esse numerum. Sic singulis iunctis,

t tis.

Etis, ne quid super alterum sit, crastitudine fieri numeris
super numerum imposita. Ipsa autem planicies uarias for-
mas habet, numeris ad similitudinem aliquarum figura-
rum ordinatis quas incipiunt. Aliæ etiam uel triangula
fiunt, atq; eæ, quæ quatuor angulos habet, uel quadratae
sunt, uel altera parte longiores, quas sequentes Græci
appellant. Præterea plures quoq; anguli possunt inter-
dum ex inæqualia numeri latera esse. Et cum deinde cras-
titudinē insurgat, figuræq; plures efficiat. Tessera per-
fectissima esse inter eas uidetur. Est autem triangulus in
paucissimis tribus, quadratum in paucissimis quatuor.
Id autem, quod imparis latera habet in paucissimis quinq;
altera parte longius, quadrangulum in paucissimis sex.
Crastitudo item, qua tessera in paucissimis octo. Nā duo
simplicem ordinem faciunt, tres sic componi possunt, ut
totidem angulos habeat, iij, in quadrum positi, in omnē
partem binos habent. Quinq; sic colliguntur, ut in alte-
ro latere duo, in altero iij. sint. Sex quadrangulum fan-
ciunt, quod in duobus lateribus binos, in duobus ternos
habet. At si quatuor ponuntur, ex crastitudo oritur, ex
paria omnia latera in planiciem, atq; altitudinem sunt bi-
nis in omnem partem ordinatis. Similes autem plani nu-
meri sunt, quorum latera eandem rationē habent, ut sex
ex dc. Cum illis in altero latere duos, ex in altero tres:
bis in altero cc. altero in latere ccc. sint. Eodemq; modo
similes etiam in crastitudine numeri sune, quorum latera
sub eadē ratiōe sunt, ut xxiiij. ex xevj. Nā ut in illis alte-
rū latus iij. ex alterū iij. habet, quo fit, ut planicies xij.
crastitudo xxiiij. capiat. Sed in his alterū latus octo, alte-
rum vij, recipiat. Quo fit, ut planicies xlviij. crastitudo
xcvj.

xcvj. cōprehendit. Quod est autē inter duos & tres, hoc
inter cc. & ccc. ratio quæ est inter iij. & quatuor: hec
est inter sex & octo. Manifestum erit simul æque
rationes, quæ inter numeros sunt, subiacere. Omnis
enim numerus pars est alicui numero.

Quo modo fiat maior minore numerus.

Maior autem multiplicatione procedit, aut ratio-
ne membrorum, aut partium, aut simul & mul-
tiplicatione, & ratione membrorum, uel partium. Ra-
tio membrorum in uno membro pluribus' ue . Ratio
partium in una parte pluribus' ue est, minor uero est nu-
merus, aut replicatione minuitur, aut ratione mem-
brorum, uel partium. Interdum etiam simul replicatione,
& ratione, aut membrorum, aut partium. Neq; illa
ratio numeri ad numerum, quæ non intra hec est. Græci
multiplicationis numeros τολαπλασις replicatos
ὑπολαπλασις mēbro, mēbris' ue antecedentibus επι-
μερσ appellant. Binis deinde nominibus utuntur, in his
in quibus binae rationes sunt. Cum hoc ita sit, numerus
comparē rationē habet equalitatis, quā ἴσοτης Græ-
ci uocant, ut ij. ad duos. iiij. ad iiiij. Quæ ratio etiam per-
fecto numero ad suas partes est. Ideo' que is numerus
potior ceteris habetur. Quid enim æquo esse melius po-
test? At ubi alter numerus maior, alter minor est, pro-
tinus inter eos distatia est, quod in omnibus fit, qui ratio
ne mēbrorū, uel partī, aut antecedēt, aut antecedētur.
Ideoq; hi numeri priores sunt, inter quos, partesq; eorū
aliquid discrimē est. Sed ut distantia inter duos numeros

t 2 maiorem

maiorem, minoremq; eadem est: sic ratio inter eosdem contraria est. Tantundem enim distat inter iij, & quatuor, quantum inter quatuor & iij. At ratio inter hos ipsos diuersa est: eaq; quae sit, intra patebit.

De multiplici uel submultiplici numero, & de ratione numerorum uel partiū.

Cum proposuerim uero primas in multiplicatione rationes esse multiplicationis, ratio est senioni ad ternionem, octonario numero ad quaternarium. Contra replicationis ternioni. Ad senionem quaternario numero ad octonarium. Membrorum uero rationem uincit is numerus, qui solido membro, membrisue antecedit, qualis est nouenarius ad senarium. Ternione enim uincit, quae eadem uis in senarij numero inuenitur. Contraq; membrorum ratione uincitur nouenarius à senario. At partium ratione uincit, qui in se ex ipsum minorem numerum habet, ex aliquam partem eius, partisue, ut si viij. cum quatuor conserantur: siquidem in septenario numero, & quatuor sunt, ex horum iij. Contra ergo partium ratione uincuntur iij. à septem. At idem numerus ex multiplicatione, ex membrorum ratione antecedit, ut puta, si octo iunguntur ex iij. nam octo ex bis terna habent: ex præterea membrum in duobus. Et multiplicatione uero, ex partium ratione uincunt v. si cōserantur cum duobus. Nam in v. bis bina sunt, ex præterea duorum pars una. Contra his ipsis numeris, minores à maioribus simul, ex replicatione uincuntur, ex aut membrorum ratione, aut partium. Sed ut genera rationum inter numeros bæc sunt, sic species in singulis plures. Nam ut

ut ad multiplicationem primum, replicationemq; ue-
niamus. Inter hos, aut dupli ratio est, aut tripli, aut qua-
drupli. Ac procedere quoque ultra multiplicatio po-
test, per eosdemq; rursus gradus idem numerus replica-
tur. Ergo rationem habent duplo maiorem ij. ad unum,
iiij. ad duo, octo ad quatuor. Duplo minorē, unū adduos,
duo ad iiij. quatuor ad viij. Itē triplo maiorē, iiij. ad unū,
nouem ad iiij. Triplo minorem, unum ad iiij. tres ad no-
uē. Quadruplo maiorem, iiij. ad unum. xvij. ad quatuor.
Quadruplo minorem, unum ad quatuor, quatuor ad se
decim. Eademq; in ulterioribus multiplicationibus, ex
incrementi diminutionis ratio est.

De superparticulari.

AT ubi inter maiores, minoresq; numeros ratio
membrorum est maior, aut superdimidio uincit,
quem ἡμίλιον, aut super tertio, quem ἐπίτριτον, aut su-
perquarto, quem ἑπτεταρτόν Græci uocant. Et sic ad
superquintum, supersextum, ulterioresque ratio pro-
cedit. Superdimidius est, qui ipsum aliquem numerum
ex dimidium eius habet. Supertertius, qui ipsum aliquem
ex tertiam eius. Superquartus qui ipsum aliquem, ex
quartam eius. Eademq; in ulterioribus ratio est. Contra
ex hisdem numeris minor, maiori. Aut subdimidius est,
quem ὑφκιόλιον. At supertertius, quem ὑπότριτον.
Aut subquartus, quem ὑπότεταρτόν Græci appel-
lant. Superdimidiū rationem habet iiij. ad duo.ccc.ad cc.
Quorum supra facta est mentio. Contra subdimidiū duo
ad tria.cc.ad ccc. At supertertiū. iiiij. ad iiij. octo ad sex.
Qui ipsi quoque supra positi sunt. Subtertiū, tria ad que-

tuor, sex ad octo. Super quarti, quatuor ad quinque, octo ad decem. Sub quarti, quatuor ad quinque, octo ad decem.

De Superpartienti.

Partium uero ratio proxima in quibusdam numero super tertio est, in quibusdam super quarto: idq; procedere ultra potest. Super tertio similis est, ubi maior numerus minorem ipsum, ex aliquas eius tertias partes comprehendit. Super quarto, ubi ex illum ipsum, ex quartas eius. Sumamus quinque ad tria, ex decem ad sex. Antecedit quimarius ternionem, quod ex illam ipsam, ex eius duas tertias habet. Item in decem sunt ex sex, ex de sex duas tertiae. At proxima supraquarto ratio est inter septem ex quatuor. Inter xiiij. ex octo. In septem ex ipsa quatuor sunt, ex eius iij. quartae. At que ut ea ratione, que super tertia ex superquarta proxima est, maiores in his numerum uincunt, sic ratione proxima subtertiae ex subquartae minores cum maioribus habent. Illo neminem decipi conuenit, ut in aliquam partium rationem, superdimidiæ similem putet. Nam si numerus aliquis numerum aliquem, ex dimidiū eius habet, superdimidius est. Si numerum aliquem ex eius duo dimidia habet, pars est. Nam ut due quidem tertiae rationem super tertio proximam habent, sic due quartæ rationem super quarto proximam recipiunt. Nam si quis ipsum ex eius duas quartas habet, superdimidius est: ut si sint sex ad quatuor. In sex enim ex quatuor sunt, ex eius duas quartæ. Contra uero, ut ea ratione que super tertiae ex superquartæ proxima est, maiores in his numeri uincunt:

cunt: sic rationem proximam subtertiae et subquartae minores cum maioribus habent. Eademque ratio procedit, sicut superquinta ulterioribus similis est.

De multiplici superparticula- ri & superpartienti.

Hinc rursus plura discrimina oriuntur: siquidem unus numerus potest duplo geri, aut superdimidio, aut supertertio, aut superquarto ulterioribus ne et multiplicationum, et membrorum rationibus. Ponamus iij. et x. Ex his decem duplo, et superdimidio aucti sunt: nam bis quaterna octo sunt, deinde dimidium quatuor sunt in duobus. Apponamus quatuor et xiiij. Ex his xiiij. ex triplo et superdimidio aucti sunt. Nam ter quaterna xij. sunt. Deinde dimidium quatuor sunt in duobus. Progrediamur ultra usque quatuor et xviii. Ex his xviii. quadruplo et superdimidio increuerunt. Nam quater quaterni sedecim sunt: deinde dimidium quatuor sunt in duobus. At si sint tres et septem: ex his septem duplo aucti sunt, et supertertio. Nam bis terna sex sunt: deinde pars tertia trium sunt in uno. Sint tres et decem, ex his decem triplo increuerunt: et supertertio. Nam ter terna nouem sunt: et deinde pars tertia trium est in uno. Ponantur iij. et xiiij. Ex his tredecim quadruplo aucti sunt, et super tertio. Nam ter quaterna duodecim sunt. Deinde pars tertia trium est in uno. Accipiamus nunc quatuor et nouem, ex his nouem et duplo plus habent, et superquarto. Nam bis quaterna octo sunt. Deinde iiiij. quarta pars est in uno. Quatuor vero et xij. tripliciter, et superquarti

8 4 ratio

ratio est. Itē quatuor et xvij. quadrupli, & superquarti
 ratio est. Idemque in ulterioribus numeris fit, per quae
 numeri minores ex his. Et replicationes alicuius & sub-
 dimidijs, uel subtertij, uel subquarti: uel alicuius ulterio-
 ris rationes cum majoribus habent, ut apparere ex his
 potuit multiplicatio à minima ratione incipit, & subin-
 de ad maiores, maioresque transit. Ratio membrorum,
 uel partium replicatio à maxima ratione incipit: & sub-
 inde ad minores, minoresque transit. Maior ratio dicitur,
 quae plus: minor, quae minus adiicit. Ergo maior ratio tri-
 pli, quam dupli: maior quadrupli, quam tripli est. Con-
 tra, minor dupli quam tripli: minor tripli quam quadrupli est. Incipit igitur multiplicatio à duplo: inde ad tri-
 plum, ad quadruplum, semperque ad maiores rationes
 transit. At ratio membrorum incipit à superdimidio: de-
 inde super tertium super quartum, semperque ad minus,
 & minus peruenit. Quae omnes rationes inter duos, in-
 ter rationem membrorum & partium: uel inter duos nu-
 meros fines sunt: ita numeri sunt, ut puta dupli ratio est
 inter duo & unum, tripli inter iij. & unum: quadrupli
 inter, iiiij. & unum. Et sub ijsdem nominum rationibus fi-
 nes minimi, suaque coparatione multò minores, uel sub
 duplo quam duo & unum, uel sub triplo quam tria &
 unum, uel sub quadruplo quam iiiij. & unum possunt.
 Super hos deinde quantumlibet ijsdem rationibus solius
 fines his numeris augentur. Ideoque eas fines, quae mini-
 mè eunt, Pythagoricus Thermacides nominat, quod ut
 uas super suum fundum, sic numeri rationis eiusdem su-
 per istos adiunguntur. Idemque etiam ratione membro-
 rum: minimi enim fines sunt, superdimidijs inter duos &
 iij. Super

iiiij. Supertertij inter tres & quatuor. Super iiiij, inter quatuor & quinque: tum deinde sub hisdem rationibus numeri complentur. Neque alia cōditio est, quæ ipsa incipit à tertia parte, sicut membrorum ratio de hemiolo. Deinde primum minimas fines comprehendit: tum ad maiores transit. Ex his autem uerisimile est, primam multiplicationem esse inuentam. Deinde rationem membrorum, tum partum. Neque enim difficultas ad duplum, deinde triplum & quadruplum apparuit, tum ex duplo super dimidijs facta conditio: ex triplo superquarti est. Idemq; in ulterioribus incedit. Nam qui duplū uidebat, hoc ipso cœpit intelligere dimidiū: quia ut duplum quatuor duorum sunt, sic dimidium quartæ rationis duo. Ut igitur duobus duos adiçiendo quatuor fecit: sic rursus quaternioni duos adiçiendo, fecit superdimidium. Vi' que ex duobus triplo sexis impleuit: sic senario numero duos adiçiendo supertertium inuenit. Idem' que in ulterioribus incidit. Deinde cum incurrent numeri sine iudicis quidem rationibus positi. Quæ situm est, quotquot eæ partes alterius numeri in altero essent. Et his eò uentum est, ne cuius numeri non aliqua ratio ad aliud numerum exploratis ultima sit.

Item de pari & impari, & ex his compositis.

Post hæc non difficillima animaduersio gemina ratione in numeris fluxit, quoniā genera numerorum, rationumque inter eos orientium exposui. Rursus ad eas singula reuertar, & quæ in quoq; animaduersiones sint,
t 5 indicabo.

indicabo. Incipiam de paribus et imparibus et imparibus. Par omni multiplicatione sic procedit, ut par maneat, duplo augetur ij, iiiij, viij, xvij. Triplo, ij, vj, xvij. Quadruplo, iij, xvj, et lxij, et cclvi. Idemque in ulterioribus fiet. Impar pari multiplicatioe protinus interit, et in numerum parum recidit. Impar impari multiplicatione increscere potest, ut impar maneat. Nam bis terna sex. Ita bis quaterna octo fuit. Eodemque modo quater terna xij. Quater quina xx. At ter terna nouem: et ter ix. xxvij. Item quinque terna xv. Quinque quina xxv. Idemque in omnibus multiplicationibus evenit, quo sit, ut siue par, siue impar, parum numerorum multitudo est, id quod consummatum est, par sit, ut, ij, iiiij, vj, viij. Quae impar numero rum multitudo est, fiunt xx, ij, iiiij, vj, que impar numero rum multitudo est, xij. Ambo numeri pares. Item pari, in parium numerorum multitudo pares facit, Ergo tres et quinq; fiunt octo, qui pares sunt. Impar tantummodo in parium multitudo impares seruat. Nam, ij, et quinq; et septem fiunt xv. Illi quoque impares eadem de causa quoties par numerus vel parem, vel imparem multiplicat is qui efficitur, par est. Nam duplicatio siue multiplicatio, siue duo multiplicauit, fecit quatuor. Siue, iij, fecit sex, ambos pares. At impar numerus si parem multiplicat, facit parem. Si imparem, tum demum imparem reddit. Nam triplicatio si duos multiplicat, efficit sex. Ipsos quoque pares, si tres, efficit ix, qui impares sunt. Tum si pari par adiicitur, par manet, ut si duobus iij. adiificantur, sunt sex. Si impari impari adiicitur, fit par, ut si tribus v, adiificantur, sunt octo. Vno autem modo impar numerus procedit, si nume

ro numerus nō adiicitur eiusdem generis. Sed par impa-
ri, et par pari. Nā siue quatuor quis adiectis tribus aut
cūt, siue iij, adiectis, iij, fient, vij, qui impares sunt. De-
inde numero pari quale demitur, tale supereft. Nume-
ro impari contrarium est, ne quid demitur, supersit. Er-
go si pari par demitur, id quod supereft, par est. Ut si ex
octo duo auferantur, supersint vj. Si numero impari ima-
par demitur, id quod supereft, par est: ut si ex vij, iij, au-
ferantur, supersint, iiij. Si numero impari par demitur, id
quod supereft, impar est, ut si ex vij, duo auferantur, su-
persint quinque. Par deinde ex paribus est numerus, quis
quis dimidium par habet: ut est in xij. quorum dimidium
in senario est numero, ipso quoque pari. Item par ex pa-
ribus est, quisquis à duobus duplo increvit, ut iij, viij,
xvj. Aut quisquis ab alijs sic increvit, ut recidere in pa-
re posuit. Quod uenit etiā quadruplo uel octuplo, simili-
busq; auctis. At quisquis numerus dimidiū impar habet,
par ex imparibus est, ut senio, cuius dimidiū i tribus est.
Si quis uero neq; duobus, per duplicationē increvit: nec
dimidiū impar habet. Par quidē ex paribus est, oritur ta-
men ab eo, qui par ex imparibus est, ut xij. Hic enim nu-
merus neq; per duplicationem ortus est, neq; dimidium
impar habet, sed à senario numero per duplicationē in-
crevit. Ille autem par ex imparibus, id est, ternis est.

De incompositis numeris.

Transeamus, nunc ad numeros incompositos, quos
etiam primos secundos que nomine proposui.
Incompositi per se numeri nulli pares sunt, exceptis,
ut supra posui, duobus. Ceteri quicunque per se
incompositi

incompositi sunt, omnes impares sunt, ut iij , v . vij , ix ,
 xij . $xvij$, xix , similesq;. Per se uero cōpositi numeri sunt
 omnes pares, qui uel ex paribus, uel ex imparibus sunt.
 Nam ex quatuor atque octo duplicatione metimur: quo
 rum alter numerus in binos, alter in quaternos replica-
 tur. Et idem facere in sex, aut decem facile est, cum ille
 in ternos, hic in quinos resoluatur. Præter hos multi im-
 pares per se compositi sunt, id est qui cum impari nume-
 ro multiplicantur. Nam siue ternio, siue quinariuſ nume-
 rū, siue quis alius impar impares numeros multiplica-
 uit, qui sit effectus impar est, et per se compositus. Mul-
 tiplicet ternio seipsum: sunt ter terna nouem. Multipli-
 cat quinarius numerus seipsum, sunt quinque quina ui-
 ginti quinq;. At multiplicet uel ternio quinarium nu-
 merum, uel quinarius numerus ternionem, sunt quindeci-
 m. Omnesq; hi numeri nouem xv . xxv . per se compo-
 ti sunt. Et quicunq; impares partis eiusdem sunt, inter se
 uero incompositi nulli duo pares sunt, siue ex paribus,
 siue ex imparibus sunt. Quia nonnulli aliam quam com-
 munem mensuram habent. Nam ut sumamus duos pa-
 res numeros: alterum ex paribus, alterum ex imparibus,
 id est iij . et sex, tamen inter se compositi sunt, quia cō-
 munis his duplicatio est, quia bis bina, quatuor, bis ter-
 na, sex sunt. At impares primum omnes qui per se incom-
 positi sunt. Neq; enim possunt aliquam communem men-
 suram præter singularitatem habere, qui ne propriam
 quidem ullam habent. Ergo iij , v , vij . similesq; omnes ut
 per se, sic etiam inter se incompositi sunt. Et in eadē for-
 te is quoque numerus est, qui par sub eodem iure est, id
 est, duo. Nam ne hic quidem cum iij , aut v , aut cum simili-
 compo-

componitur. Tum quisquis ex his numeris, qui per se incompositi sunt, iungitur cum altero numero quamvis per se composite. Efficit, ut hi duo numeri inter se incompositi sunt, ut si iij , et vij , iungantur. Quid enim inter est, si in alterius mensura aliqua pars ex eadem singularitate fit, si alteri non est. Ac licet etiam duo, plurimi numeri, non per se tantum, sed etiam inter se compositi sint, incompositus efficit, ut omnes inter se incompositi sint. Quia quamvis aliqua mensura pluribus communis, nulla tamen omnibus preter singularitatem est: quod evenit, si quatuor, sex, octo, et qui licet similes ponantur. Adiungantur deinde duo sive tres. Nam quamvis tres priores numeri inter se componi possint, tamen hi duo inter se componuntur. Non tantum uero adiectio eius numeri, qui per se incompositus est, efficit ut plures numeri inter se non componantur, sed potest etiam evenire, ut qui per se compositi sunt, in unum dati inter se incompositi sunt, ubi quamvis aliquas mensuras diuersas tamen recipiunt. Idque evenit, et inter impares duos numeros, et inter parem atque imparem. Sumamus xj , et xxv . Horum uterque per se compositus est. Habet enim mensuram nouenarius numerus. In ternione habet xxv . in quinario numero. Inter se tamen hi non componuntur, quia neque nouem quinarij numeri mensuram, neque xxv . ternionis admittunt. Idem sit inter octo et nouem parem atque imparem numerum. Nam neque duplicatione, aut quadruplicacione nouem, neque ternione octo metiri possumus. Itaque per se etiam inter se incompositi sunt, qui per se componuntur, non protinus etiam inter se componi non possunt.

De compo-

De Compositis.

Compositi uero inter se sunt omnes patres, ut appa-
rere supra quoque potuit. Quicunque uel ex pa-
ribus, uel ex imparibus sunt. Deinde quidam impares, ut
ix. et xv. cum uterque numerus in ternos recidunt. Tum
quidam pares, et quidam impares, ut nouem et xij. Si-
quidem his quoque triplicatio communis est, ter terna,
ix, ter quater xij. sunt. Illud animaduersione dignum est,
quod cum impari numero nunquam is par componi po-
test, qui ex paribus, sed ex imparibus ortus est. Adeo mu-
tata quoque sorte: iuris tamen aliqua societas supereft.
Ergo nouem neque cum quatuor, neque cum octo, neque
cum xvij. neque cum ullo simili numero componi po-
funt. Componuntur uero cum xij. et xxiiij. que a tribus
initium sumpserunt. Ac ne cum omnibus quidem, qui pa-
res ex imparibus sunt, componi potest. Omnis impar nu-
merus, qui per se compositus est, quia potest non in can-
dem mensuram recidere, ergo ix. et l. componi non po-
funt, quia l. nullam triplicationem recipiunt. Que no-
uenario numero sola preter singularitatem mensura est.
Euenit autem hoc, quia ne xxv. quidem, que duplia-
ta, quinquaginta fecerunt, ternionem recipiebant. Ergo
si quando impar numerus, ex quo par factus est, can-
dem mensuram, quam alter impar tenet, habuerit, totum
demum cum illo impari par, qui ex hoc factus est, com-
poni potest: ubi illud non antecessit: ne huc quidem se
quitur. Ideo nouem et quinquaginta inter se non
componuntur. Ad nouem xxxi. inter se componun-
tur. Orta enim sunt xxx. duplicatis xv. Iam autem
nouem et quindecim inter se componi poterant,

cum

cum communis mensura bis in ternione est. Et ex his cetera oriuntur, quae ad hoc numerorum genus pertinent.

De duobus numeris inter se incompositis, & per se compositis.

EX duobus numeris inter se incompositis, siue uterque siue alter per se compositus est, mensura alterius cum altero non componitur. Sint quatuor et nouem. Hi per se compositi, inter se incompositi sunt. Mensura autem quatuor in duobus, nouem in tribus est. Neque duo uterum cum ix, neque iij, cum quatuor componuntur. At si sint quinque et quatuor, alter per se incompositus mensuram quaternio habet in ij. Duo autem et quinque non componuntur. Si duo numeri inter se incompositi sunt, et alter ex his seipsum multiplicabit, is qui sic effectus est, cum priore illo non componitur. Sint, iij, et, iiiij, hi inter se incompositi sunt. Siue ternio se multiplicarit, ix, et, iiiij, siue quaternio idem fecerit, xvij, et, iij, inter se incompositi erunt.

Si duo numeri inter se incompositi seipsose multiplicarent, qui ex his fient, inter se incompositi erunt, ut si eosdem, iij, uel quatuor sumpserimus, et uterque se multiplicarit, nouem quoque et xvij, inter se incompositi erunt.

Si duo numeri inter se incompositi sunt, et alter ex his se multiplicabit, effectusque sic numerus rursus ipse se multiplicabit. Qui sic effectus est numerus, cum altero illo non componitur. Sint duo et iij, uterlibet numerus se multiplicet, sicut bis bina, iiiij, ter terna, ix. Rursus hos numeros idem multiplicet,

*multiplicantur, sunt bis quaterna octo: ter nouem, xxvij.
sumantur nunc duo ex xxvij, uel duo, uel nouem, eque
inter se incompositi sunt.*

*Si duo numeri inter se incompositi sunt, ex uterque
se multiplicauerit, deinde effectum ex se rursus multipli-
cauerit, hi quoque qui sic effecti sunt, ut in his ipsis, qui
supra positi sunt. Nam ex iiij. octo: ex iiij. xxvij., sic facti
inter se non componuntur.*

*Si duo numeri inter se incompositi sunt, ex in unum
iunguntur, hic numerus, qui sic effectus est, componi cum
alterutro ex prioribus non potest.*

*Si iiij. et v, in unum iungantur, sunt octo. Hi neque
cum, v, neque cum tribus componi possunt.*

*Si numerus in duos inter se incompositos diuisus est,
componi cum alterutro eorum non potest. Dividantur,
ix, in, iiiij. et v, neque cum quatuor, neque cum, v, com-
poni, iiij, possunt.*

*Si duo numeri cum tertio iuncti sic fuerint, ut omnes
inter se incompositi sint: deinde ex duobus alteri alterum
multiplicat, qui sic effectus erit uterque cum eodem illo
tertio componi non poterit.*

*Sunt duo numeri quatuor ex, viij, adiificantur, his tri-
bus inter se incompositi sunt, multiplicantur duo priores,
alter alterum, quatuor, octo, aut octies. quaterna sunt,
xxxij. Hi ex, iiij, inter se incompositi sunt.*

De per se incompositis.

Omnis numerus, qui per se incompositus est, com-
poni cum altero non potest, nisi cum ipso mensura
est. Ergo

est. Ergo componuntur iij , ad ix , v , ad xv , quia ter terna nouem, quinque terna, xv . sunt. In quo numero quid eius non habebunt, cum eo componi non poterunt.

Si duobus numeris positis, minor est maiore detrahatur, et is qui superest, non est mensura eius, qui proximus, ante eum demptus est. Hi numeri inter se incompositi sunt. Sint iij , et octo. Tollantur ex maiore numero terni quoties possunt, supersunt duo: in his trium mensura non est. Ergo iij , quoque et octo inter se incompositi sunt.

Si iij , iuncti sunt ex omnibus qui sub eadem ratione sunt: ex his duobus quilibet in unum dati cum tertio non componuntur.

Sint iij , numeri nouem xij , xvi . Horum insequens semper priori supertertius est. Nec ulli tres minores duo iuncti reperientur, confundantur in unum nouem et xij . sunt xxi . Hi cum xvi . non componuntur.

Si impar numerus cum aliquo componi non potest: nec cum duplicato quidem eo componitur. Sint quinque et octo: hi inter se incompositi sunt, duplicantur, octo sunt, xvi , nec cum his quidem quoque componi possunt.

Si duo et alteri duo numeri ponuntur, sic ut neuter ex prioribus cum alterutro ex insequentibus componi possit: nec is, qui de duobus prioribus factus est, componi cum alterutro insequentium potest. Sint duo numeri quatuor et octo. Itemque alij duo, v , et vij , neuter ex prioribus componi cum altero insequentium potest. Confundantur in unum quatuor et octo, sunt duodecim, ne hi quidem cum quinque aut septem componuntur.

Mimimi numeri ex his qui sub eadem ratione sunt, inter se incompōsiti sunt, ut in dupli ratione mimimi sunt, duo et quatuor. In triplici, duo et sex. Hicq; inter se non componuntur. At quamvis magni numeri sumantur, qui inter se incompositi sunt minimis ex omnibus, qui sub eadem ratione sunt. Sint ut in duo ad unum cc. et c. hi inter se non componuntur. Est autem inter eos partium ratio, quod cc. et c. id est, dimidio, et xcix. partibus antecedunt. Neq; id esse inter ullos minores numeros potest. Cum uero mensura ratio efficiat, ut quidam per se incompositi, compōsiti uē, quidam inter se incompositi, compōsiti uē sint, non alienum uidetur documentis protinus subiūcere. Omnis numerus aut per se incompositus est, aut si per se compōsitus est, in aliquo per se incomposito mensuram habet, ut iij. quiq; ab eo per triplicatio nem increscunt in tribus. Item xv. in v. Sed eorū qui pares ex paribus sunt, minima mēsura in duobus est. Eorum autē, qui pares ex imparibus, aut etiā impares sunt, minima mēsura etiā in maioribus numeris est. Omnibus tamē imparibus, unius autē cōpositi mensura, uel minima, uel maxima facile reperitur: Replicatio enim numero proxima mēsura, maxima ultra minima est, ut puta sint, l. hi replicetur. Dimidia pars eorū xxv. In his mēsura maxima est. Rursus animaduertamus quas inferiores mēsuras habent. Sunt autē decies quina, l. Itē quinquies dena: Item bis quina uicens. Nec ulla ex his minor est, ea, que ex duobus est. Haec igitur minima mēsura q̄nquagenarij est. At si duo numeri inter se cōpositi sunt, maior et minor, quo modo reperiatur cōmūnis, his maxima, minimāque mēsura quāri pōt. Oportet autē maiori nūcro minorē detra-

here

here quoties potest. Deinde quantum ex priore su-
perest, tantundem demere ex minore quoties potest.
Qui sic interierit numerus: is eorum erit numerorum
mensura maxima. Sunt enim duo numeri, cccl. ex centum
demantur ex cccl. quoties possunt, id est, ter. Re-
liqui sunt quinquaginta, ex altero centenario nume-
ro detrahatur quinquaginta, supererunt ex eo, l. Hic nu-
merus cccl. ex c. communis mensura maxima est. Nam
quinquagies bina, c. quinquagies septena, cccl. sunt. Ex
hoc etiam illud apparet, quod quisquis numerus minor
maximi in supradictis numeris metitur: uno quoq; eorum
mensura metietur. Minima autem mensura eorundem
numerorum sic inuenitur. Vbi maxima reperta est, il-
lius ipsius minima queritur. Eadem etiam prioria
bus numeris communis minima est. Ut hic quoque mi-
nima quinquagenorum mensura in duobus est. Igitur
eadem etiam priorum numerorum minima mensu-
ra est.

At trium numerorum, qui inter se compositi sunt,
maxima minimaq; mensura sic inuenitur. Duorum men-
sura maxima queritur, si ex tertio quoq; eorum mini-
mo communis est repertum id, quod desideratum est.
Si non est medij, minimi q; maxima mensura eodem mo-
do requiritur. Ea q; tribus omnibus communis est. Si me-
tres numeri cccl. c. septuaginta quinque, que sit mensura ma-
xima communis his qui cccl. ex his, qui centum sunt.
Reperta que sit in quinquagenario numero. Consi-
deremus an hic tertium illum, qui lxxv. habet,
metiatur. Si metiretur, omnibus tribus communis
est. Non metitur autem. Ergo iungamus c. ex. lxxv.

ii 2 ex horum

er horum maximam mensuram requiramus. Demo ex c. lxxv. supersunt xxv. Hos quoties possum demo ex eo numero, qui lxxv. habet, id est, bis. Supersunt xxv. hic numerus maxima mensura est communis his, qui c. et his qui lxxv. sunt. In his etiam omnium trium numerorum maxima mensura communis est. Nam uicies quinque tera lxxv. sunt: uicies quinquies quaterna c. Vices quinquies quaterna dena, cccl. Consideremus nunc horum xxv. que minima mensura sit, ea peruenire neq; ad duos, neq; ad tres, neq; ad quatuor potest, sed est in quinario numero. Et haec eadem mensura minima communis omnibus tribus superioribus numeris reperitur. Nam iij qui et cccl. et c. et metiuntur, lxxv. non metiuntur iij, qui lxxv, metiuntur, ccl et c. non metiuntur iij. c. metiuntur. Qui rursus cccl. et lxxv. non metiuntur. Quinque primum omnes illos metiri possunt, quia quinque quina dena lxxv. quinque uicena, centum quinque septuagena cccl. sunt. Duobus uero numeris datis, quem minimum illi metiantur, sic inuenitur. Sunt dati numeri ij, et iij. hi inter se incompositi sunt. Ex his alter alterum multiplicet. Bis ter bimbi fiunt sex. Hic minimus numerus est, quem illi duo metiantur. Maximum, quem metiri possint, nemo dixerit, sed omnē idem numeri metietur, quicūq; senario numero multiplicato fiet. Addantur duo numeri inter se compositi nouem et duodecim. Simili multiplicatione eodem non peruenitur, quia potest etiam minor numerus quam qui sic efficitur in his mensuram aliam habere, igitur uia reperiendum est. Videamus, qui minimi numeri sub eadem ratione, qui hi sint. Est autem in nouenario numero minimus

minimus rationis eiusdem tres, in duodenario duo. Nunc multiplicet ex minoribus numeris uterlibet non suum numerum, sed alienum. i. uel tria, xij, uel, ij. ix. Ter duode na xxxvi. bis nouena xvij. Ex his consideremus an mi nor numerus, qui est xvij. mensuram habeat, et in ix, et in xij. Habet autem in ix, et in xij, non habet. Dimitatur igitur, et maior apprehenditur, qui est xxxvi. Hic mi nimus, est, quem metiri et ix, et xij. possint. Nam et no uies quaterna, et duodecies terna xxxvi. sunt. Eadem ra tione omnē numerum, quicūq; xxxvi. multiplicatis fiet, idem dum duo numeri metiuntur. Tribus autem nume ris datis: numerus, quem minimum illi metiantur, sic inuenitur. Sint dati tres numeri ij, iiij, iiiij. Summus is numerus, qui minimus et in duplicatione, et in triplicatione mensuram habet, is est senarius numerus. Consideremus an hic etiam tertium ex tribus idem quaternionem metia tur. Si metietur, repertum id esset, quod requisitum est: nunc non metitur. Aspiciamus ergo, quem minimum quatuor et tria metiantur, is est duodecim. Ergo is est minimus, quem omnes illi tres metiri possunt. Nam et bis sena, et ter quaterna, et quater ter na, xij. sunt. Et hic quoque omnem numerum, que xij. multiplicatis fiet, idem illi numeri iiij. metiantur. Vbi duo numeri numerum aliquem metiuntur, qui minimus in illis duobus mensuram habet, eiusdem illius numeri me sura est. Sint dati xij. hos et ij, et iiij, metiuntur. Min imus autem numerus, que illi duo metiuntur senarius. At quin isdem etiam xij. metitur: nam sexies bina xij, sunt. Idem fit in eo numero, quem tres aliqui metiuntur. Nam hic quoq; metitur, qui minimus in illis tribus mensurā ha bet.

bet, Ponantur $xxiiij$.hos & ij , & ij , & $iiij$.metiuntur: minimus autem numerus, qui est xij . in isdem illis tribus mensuram habet. Atqui hic quoque eos qui $xxiiij$. sunt, metitur: nam duodecies bina $xxiiij$. sunt. Si binis numeris maiores, minoresq; ponuntur, sicut eadē ratio inter maiores, minoresq; sit. Quoties maior minorem, toties minor minorem metitur. Sint numeri duo & tres, deinde octo & xij . Eadem inter maiores, minoresq; numeros ratio est. Nam ex ij , ij , & xij , his, qui octo sunt superdimidij sunt. Metiuntur autem ij . eos, qui xij , sunt quater. Nam ter quaterna duodecim sunt. Atqui duo quoque eos, qui octo sunt, quatuor metiuntur. Nam quatuor binaria octo sunt.

Quoties singularitas aliquem numerum metitur, toties aliis numerus eam etiam metietur. Eueniet, ut quoties singularitas ex secundis ulteriorem numerum metietur, toties is, qui ante in singularitatis mensuram uenerit, ulteriorem numerum metiatur. Sint unum & quinq; & sex, & triginta. Singularitas quinariū numerum quinques metitur. Inde facit senio in triginta. Rursus ipsos sex singularitas sexies metitur. Atquinarius quoque numerus sexies metitur eos, qui triginta sunt. Si duo numeri, alteri alterum multiplicant, eum uero numerum, qui sic effectus est, aliquis qui per se incompositus est, metitur. Idem necesse est etiam utrumque ex prioribus metiatur. Multiplicet decē octonarius numerus sunt, $lxxx$, hos, ij , metiuntur. Nam bis quadragesima. $lxxx$. sunt. Atqui idem si octo quoque & decem metiuntur, cum bis quaterna octo, bis quina decem fiant. Quotiescunque numeri portionis

tionis eiusdem, quam ἀνελογίαν Greci uocant, in ordinem ponuntur. Primus, si ultimum metitur. secundum quoque et deinceps omnes metitur. Si secundum metitur, ultimum quoque et medios metietur. Si quemlibet denique unum metietur, omnes metietur. Contra si ultimum non metitur, ne secundū quidem, neque quenquam alium. Si secundum non metitur, ne ultimum quidem. alium'ue. Si quem medium non metitur, ne alium quidem. Sint iij. et ix. et xxvij. et lxxxvij. et ccxlij. inter hos, omne stripli ratio est. Ternio autem metitur eos, qui ccxlij. sunt. Ter octogeni et singuli ccxlij. sunt. Idem ergo metitur nouenarium numerum, cum ter ter na nouem sunt, et qui hunc metitur, etiam ultimum. Et quia utrumlibet, etiam cæteros. Et quia medium quemuis ex illis, et priores quoque, et ulteriores. At duo quia non metiuntur, ccxlij. ne ix. quidem, aut medios, quia ix. non metiuntur, ne ccxlij. quidem, aut medios, quia nul lum ex medijs metiuntur, ne ulteriores quidem.

Si quotlibet ab i. numeri conueniunt portionis eiusdem, quot per se incompositi numeri ultimum numerum totidem etiam eum, qui ab uno proximus est, metientur. Sunt numeri, qui duplo increscunt, iij. iiij. viij. xvij. Ex his eos, qui, xvij. sunt. ij. et idem seipso metiuntur. At sint in, xij. cxliij. in millibus, dccxxvij. Sunt per se incompositi numeri, ij. iiij. quia bis octingenta lxiiij. in millibus, dccxxvij. sunt. Itemq; ter quingēta septuagena sena. At qui idem, ij. et iij. et xij. quoq; quam ab uno proximi sunt, metiuntur. Cum bis sena, et ter quaterna, duodecim sunt. Si quotlibet ab uno numeri portionis eiusdem sunt,

Martiani Capel. de

minor numerus maiorem semper per aliquem diorum,
qui sub eadem portione sunt, metitur. Sunt, i, ij, iiiij, viij,
xvi, xxxij, lxiiiij. Et his, ij, eos, qui iiiij, sunt, iiiij, eos, qui
octo sunt, ex duplicatione metiuntur. At ij, eos, qui
octo sunt, quadruplicacione metiuntur. Eadem eos, qui
sedecim sunt, metiuntur, iiij. Itemque octuplicacione
metiuntur, ij, eos, qui, xvi, sunt, iiiij, eos, qui, xxxij, sunt
octo, eos, qui, lxiiiij, sunt. Neque invenitur numerus, qui
non ex maiorem metiatur, & nulla alia mensura id fa-
cit, quam que in hisdem numeris est.

Si quodlibet ab uno numeri portionis eiusdem sunt.
Et is, qui ab uno proximus est, per se incompositus est.
Maximus ex his in mensuram non uenit, nisi qui eiusdem
portionis erit. Sunt, i, ij, ix, xxvij, inter hos tripla por-
tio est, ex uni proximus numerus per se incompositus est.
Igitur eos, qui xxvij, sunt, nullus numerus metiri potest,
nisi aut ij, aut ix, quia sub eadem portione sunt, quod
non ita euenit, si quando ab, i, proximus numerus compo-
situs est. Sunt, i, iiij, xvi, lxiiiij proximus ab, i, numeris, per
se compositus est. Ergo ultimus, qui est lxiiiij. Alias quo-
que mensuras, quanquam in hac serie sunt, admittit, ex
ij, & viij, & xxxij. cum bis, xxxij, octies octonabis, &
tricies bina, lxiiiij. faciant, quem minimum numerum, duo
per se incompositi metiuntur. Eum nullus alias per se
incompositus metietur. Sumatur, v, & viij, nullum me-
diorum numerum, xxxv, metiuntur. Nam quinque, viij,
& septies quina, xxxv, sunt. Atque nullus alias nume-
rus per se incompositus, hunc metiri potest. Non, ij, non,
iiij, non xi, non xiiij, non xvij, multo herò minus ulterio-
res numeri.

Si quadratus numerus quadratum metitur, in latere quoque eius alterius mensura est. Sint, ij, quadrati numeri, iiiij, et, xvi, metitur eos', qui xvi, sunt, quaternio. Quater enim, iiiij, xvi. At qui in latere iiiij, ij, sunt, in late re eorum, qui, xvi, sunt, iiiij sunt, ij, metiuntur quaternio nem. Bis enim bina, quatuor sunt. Ex hoc etiam illud apparet ex ij, quadratis numeris, si in alterius latere mensura est, in ipso quoque quadrato numero alterius quadrati mensuram esse,

Si quadratus numerus quadratum non metitur, ne in latere quidem alterius mensura alterius est.

Sint quadrati numeri, iiiij, et, ix. Quaternio nouenarij numerum non metitur. Ergo ne ij, quidem, qui in latere quadrati sunt, iiij, qui in latere nouenarij numeri sunt, metiuntur. Ex hoc etiam illud apparet ex ij, quadratis numeris, si in alterius latere alterius lateris mensura non est, ne in aliquo quidem quadrato numeri alterius quadrati mensuram esse.

Si tessera, tessera metitur, in latere quoq; alterius lateris mensura est. Sint, ij, tesserae, octo, lxiiij. Eos qui, lxiiij, sunt, octo metiuntur. Si quidem octies, viij, lxiiij, sunt. At qui si in latere eius tesserae, que octo habet, ij, sunt, in latere eius tesserae que, lxiiij, habet, iiiij, sunt, ij, quaternarij mensura sunt. Ex hoc etiam illud apparet, si ex duabus tesseras, ij, alterius latus, alterius mensura est lateris, eius quoq; tessera alia tessera mensura est.

At qui si tessera metitur, ne in latere quidem apprens lateris alterius mensura est. Sint, ij, tesserae octo, et xxvij, eos qui, xxvij, sunt octo non metiuntur. Ergo cum in latere eius tesserae, que octo habet,

duo sunt, in eius, quæ. xxvij. habet, iij, sunt. Duo ternio-
nem non metiuntur. Ex hoc etiam illud apparet, quod si
in latere tessera non est mensura: ne ea quidem tessera
eam tessera metitur.

In omni uero numero, qui mensuram in aliquo nume-
ro habet, ex eodem ex mensura nomen acquirit, qui men-
suram facit. Sint nouem, hos ternio metitur, et est etiam
nouenarij numeri tertia pars, in tribus sunt, xvij. Hos' que
ternio metitur. Et est quarta eorum, qui xvij. sunt qua-
ternio. Idemq; in ceteris omnibus numeris reperitur. Se-
quitur autem, ut si numero membrum sit, eo numero
mensuram is habeat, cui cum eo membro commune
nomen sit, ut nouenarij numeri membrum in ternione
est, cumq; tres metiuntur.

Hos sat erit cursim numeros memorasse, modosq;
Cetera Cecropius equum perhibere cathedras,
Si tamen ullus ineft nostris super halitus aris,
Ant ritè in ueterem cultum replicantur abolla,
Me spacium admonuit iam claudere fatibus orsa:
Ne superum nostri capiant fastidia coetus,
Et uetus astrigero pellar numeraria celo.
Sic ait, ac reticens propiori adiuncta sorori est.

Explicit liber septimus,

Martiani

MARTIANI
CAPELLAE DE
ASTRONOMIA,
LIBER VIII.



V A E dum geruntur, et deorum
sacer Senatus illos numerorum co-
cinentium, repugnantiumq; admi-
ratur anfractus, ipsamq; foeminae
quadam uenerabilis excellentiae cel-
itudine reuerendam, non casum
parentem superum creditum recor-
gnoscit. Multitudo etiam, que iussa constiterat, sapien-
tum, presertimq; Pythagoras cum sectatoribus cunctis;
Plato que Timei sui caligosa discriminans arcanis eam
laudibus uenerantur. Nupturamq; Virginem sapius
conspicabunda Pallas, quid superdotalis eruditio-
ne foeminae comprobaret, exquirit, et ipsa nutum admira-
rantis associans. Cyllenius autem nullius magis alumnae
splendore, ac luculentia gloriatus, huius se foemi-
nae euebit granditate. Sic Phœbo diutule aliam do-
talium intrromittere remorante, ne prioris Proserpæ
admiratio laberetur: Sacrum paulum fuit, reueren-
dumq; silentium. Silenus interea, ut Euan consecu-
tus ponè uetus atque acclivis astabat, seu maycore
confectus etatis, siue anxia inter doctæ uocis mira-
cula intentione comprehensus, an alias poculis tur-
gens.

gens. Tunc etiam nuptialis gracie nomine pro lectatus
 inundantis se temeti infusione proluerat. Iamidudum la-
 xatus in somnos, forte repente blandum stertens rane
 sonitum desorbentis increpuit. Quo terrore ex rapidua
 li sonitus raucitate concussi, eodem se quamplures con-
 tere diu: senisq; proflantis somnum atq; humentis crapu-
 le exundatione confecta, risus circumstantium, eò maxi-
 me, quo claudebatur excusus. Tunc quoniam credita io-
 cos nuptialis licentia non uetare famulitum Veneris, uer-
 naculeq; Bromiales tantos cachinnos concussis admo-
 dum tulere singultibus, ut quamplures alios connisos co-
 hibere risum, hoc maximè impetulantis proruptionis so-
 nitum, effusiq; cachinni licentiam prouocarint. Deniq;,
 ut semper impatiens, atque inuercundis procax, ac pro-
 teruus assultibus ad eum alacer Cupido atq; hylarus ac-
 currit, atque ut depile, rubellumque caluitum senex ba-
 culum acclinatus affixerat palme uerbere percrepan-
 tis apploso: eoque sonitu reclamantis risum uelut etiam
 permisum penè omnibus suscitauit.

Tunc uix senex reclusis
 Creperum uidens ocellis
 Circunspicit ridentes,
 Ictuq; suscitante
 Stupidum dolens tuerit,
 Frictuq; palmulari
 Madida detergit ora.
 Tunc motus increpante
 Baculum rapit Lyeo.
 Ac dum mouere gressum,

Cupit

Cupit aduocante Lyde,

Tandem recepta luce

Superum uidet senatum.

Percellitur repente:

Silcerniunq; nutant

Tentat celere cursum,

Tunc motibus negatis

Magis inuolutus astat,

Cestimq; formidantes

Abeunt pedes tremore,

Titubansq; moliensq;

Hæret, redit, recurrit,

Tunc uicta palpitansq;

Turgens cedit senectus:

Fit maior inde risus.

Nescit modum uoluptas,

Donec iubente Baccho

Satyrus rapit iacentem,

Scapulisq; dat supimum,

Vuidumq; Iacchi membrum

Colloq; complicatum,

Vtribus parem reportat.

Hac iocularis licentie alacritate feruete Satyra illa,
 que in eos semper curæ habuit informare sensus: ne tu
 ait infelix, uel Capella, uel quisquis es, non minus sensus
 quam nominis pecudalis huius incongrui risus adiectio-
 ne despere uel dementare coepisti? An tandem non dispe-
 fas in iouiali cachinno te mouisse concilio, uerendumq;
 esse sub diuum, Palladiaq; censura assimilare quenquane
 uel

uel cerritulum garrientem. A quo etiam tempore Clio
pido uel Satyrus petulantis ausus procacitate dissiliunt.
Nempe cum Virgo syderea, pulchriorq; dotalium in
istam uenerabilem curiam, ac deorum uentura confex-
etus. Apagesis nec post ad hæc iugales ausus lege hymen-
nea ex culpæ uelamine licentis obnuboris. Saltem Pries-
neie ausculta nihilum grauata sentetia. Et nioros Aegaeos
λυρῶν γνώση. Tam tristibus. asperisq; Satyre alioquin
lepidulae uerberibus demulctatis, cum excusamentis
admisisti uelut procacis inuolutus tandem, que puer-
larum intromittenda paratur, inquirro. Ac sic illa non-
dum stomacho senescente, quo in me inuehebatur,
exorsa.

Astrigeræ iam sedis iter, cursumq; polorum,
Et sacra multiuago, qua tollunt sydera flexus,
Dicere tempus adest, uideo splendescere pulsu
Icta corusciferi, quo tunc laquearia celi.
Illic bis septem solitus seruare Triones
Plaustro Hyperborea respendet luce Bootes.
Hinc quadeuexo tellus subducitur axe,
Ignoto Canopos sese infert fulgidus astro.
Phœbeos pariter currus, rapidosq; meatus,
Et toties uariæ flammantia cornua lune.
Quinetiam medios, quos neunt cumina circos
Oblique ex rutilis, quo se rapit orbita signis
Cernere iam uideor, tu fingere ludicra præfas.
Vilisq; astriloque præfers commenta puella.

Talia adhuc canente Satyra, uetus ille, ac dari-
simè

sumè castigatus, denuo me risus invasit. Euge inquam,
 Satyra me ante poëtriam fecit colere. Capisti me Para-
 missiaci gurgitis fitre fontes. Iam ne fulgores preuides,
 et uultus deorum? Vbi illud repente discessit, quod irri-
 soria semper, lepidaq; uersutia, inter insana semper deri-
 debas, Vatum rumores dicabulis cauillantibus, saleq; con-
 tenta, nec minus poëtarum, Rhetorumq; cothurno inter
 lymphatica derelicto. Est quod rapido fruebas cere-
 brosa motu, ac me Sileni somnum ridentem censorio clan-
 gore superciliofior increpabas. Ergo nec figmenta di-
 moueam, ex nihil leporis, iociq; permixti tædium auscul-
 tantium recreabit. Peligni de cætero iuuenis uerficulo re-
 sipisce, ex ni tragicum corrugaris, ride si sapi o puerilla
 ride. His me, satyraq; mea alterna diutula obiurgatione
 rixatis, aliam dotalium Virginum Delius intromissurus
 egreditur. Et ecce globus quidam lucis ætheree, ex con-
 caua perspicui ignis aggestio, ut apparebat intra se quan-
 dam uirginē claudens miti uertigine sensim uolutus ilia-
 bitur. Quo candore luminis propinquantis plures irra-
 diati resulserunt Diui, fatalesq; maximè: quorum etiam ha-
 bitus, motusq; ex quicquid in his ignotum credebatur.
 emicuit. Tunc ex ipsa extimi coeli contextio eiusdem lu-
 cis fulgoribus reuibravit. Quo miraculo stupefacti, aë-
 rij, terrestresq; mariniq; Diui, ex si quos clausa telluris
 operiunt: A stream que, Vranien certe Libyssam appa-
 ruisse rati locum confessionis honoratissimæ præbuere.
 Et ecce subito profilit quedam gemmata, nec minus to-
 tis artibus decenter oculæ. Huic sydereus uertex,
 uibrantes que crines. Verum ale cum pennis byalinis ex
 uolitandi per mundum remigia crebrius aurata
 crispantur.

crispantur. Gestabat in manu cubitalem, fulgentem-
quē mensuram. In alia librum, in quo præmetata diuīnū
itinerā, ex cursu, recursusque syderei cum ipsis
populorum cardinibus prænotati ex metallis diuersi-
coloribus apparebant. Que ubi in medium quām=
pluribus sibi dijs arridentibus uenit, cæteris pulchri-
tudinem. Splendoremque eius admirantibus ita coe-
perit. Multæ admodum rationis, nec eiusdem despia-
cabilis, tenendæque contuitu me, si qua sunt indu-
stria nostræ opera, conuenerat reticere. Hæc enim
uerecunda arbitror probitatis motus, cursusque pro-
prios ipsis ediscerere, qui mouentur, doceré que
deos uelle, quod faciunt. Tum etiam, quod per im-
mensa spacia seculorum, ne profana loquacitate uul-
garet Aegyptiorum clausa adytis occulebar. Quip-
pe per quadringenta ferme annorum millia illic re-
uarenti obseruatione delitui. Atque utimam post di-
luialis consternationis excusum, Athenarumque
urbem longa intercapedine restitutam, nulla me in
Græcia terrestres illecebrae, nec iactantes crimoto-
rum scopas palliolos non tegendam potius quām
duulgandam cognouissent. Nunquam profecto iti-
neris rationes, redditusque uestrī, in notitiam, ac
mortaliū curarum illuuiam peruenirent. Sed quo-
rum utcunque in graiam notitiam hominum erra-
bunda perueni, sufficere oportuit, quicquid ab Hea-
rathostene, Ptolemeo, Hypparcho, cæterisq; uul-
gatum. Ne me ultra loquendi necessitas ingranaret.
Tamen quia me alumnantis, eruditisque Cyllenij
reticere non permittit officium, nostrique studij
secreta

Secreta discludere. Solertia quoq; nubentis inuitat. Apud uos superi cælestesq; qui uestra recensabitis metacula, non tacebo.

De Mundo.

Mundus igitur ex quatuor elementis, ijsdemq; totis in sphære modum globatus. Terram in medio, inoq; de fixam eternis celi raptibus circum currens circulari quadam ratione discriminat. Quanquam auscultare physicis in ipso astruēdi limine non dēigner, qui subtilium corporum teneritudinem suis coactibus circundatam in quasdam sectas vias, et circulorum intercapidines non aestimant disparari, sed suis fluctibus adhærentes naturas undiq; secus globoſo ambitu orbibusque diffundi: Quarum circa medium, quod dixerit centron, aquæ primum, aërisq; sequens. Tertium ignis Cyma commemorat: Et nunc quinto quodam corporeæ substantiæ temporeamento æthereos circunuolare fulgores. Quo loco solis, ac lune, ac syderum, signiferiq; orbis se obliquitus circunducit, quod Cido, Foreticus, Cyma gymnasia retuleaunt. Cuius naturæ tranquillitas etiam illum extimum tenet, ambitioremq; cursum, qui ex eo, quod nullis syderibus occultatur, ævaspoꝝ perhibetur. Si igitur sui similis omnis circum agentium naturarum ambitus reperitur, nulli possunt æthereum tractum circuli uaricare. Nos igitur circulos non ita dicemus, ut liquefatis naturæ discrimina corpulenta fingamus, sed ut ascensus, descensusq; ad nos errantium demonstremus. Neq; enim uel axem polosque, quos in sphæra ænea, que Circite dici-

tur, ad intelligentiae compendia affixere mortales. Ego robori mundanae rationis apponam, cū nihil solidius terra sit, quod eam ualeat substinere. Deinde cum poli uel perforatae exterioris sphærae cauernis emineant, ex hiatus quidam, cardinesque fingantur. Quod utiq; subtilibus æthereisq; accidere non potuisse compertum. Sic ubi igitur intelligētia ediffertandiq; proposito, uel axem, uel polos, uel circulos perhibeo. Ideali quadam prudētia, non diuersitate cœli discreta, sed spaci orum rationibus dispensetur: Sicq; habeatur, cum euexum, deuexumq; mundum dixero, cum similis cūctis suis partibus sit, sublimeturq; uel lateat pro conditione orizontis, positioneq; terrarum.

De quinq; Paralellis.

Hoc igitur premonito illud insinuo, quod quidam Romanorū, non per omnia ignarus mei: Stellas à stando, Sydera à confidendo, Astra, ab Astreō dicta fuisse commemorat, fabulosisq; commentis Graij compleure cœlū. Ego præcepta potius edifferā disciplinæ, ac decē dici mundi circulos assueero. Quorū alij paralelli, quos equidistantes Latinè possumus memorare, eosdem polos habent, quos ipse mūdus. Poli enim sunt, qui à centro circuiti linea usq; in circunferentias ducta medietatis settæ mensuram equa ratione discriminant.

De primo Paralello.

Verum ex paralellis primus is est, qui ex semper ap parens: ex contingēs confinia Fixitoris nunquam mersus

*mersus assurgit, qui septentrionalis circulus perhibetur.
Ex eo quod cum ceteris, que promentur, etiam gemina
sydera septentrionis includit.*

De Secundo.

*S*ecundus autem ex parallellis maximus solstitalis est,
ad quem sol astiuus accedens solstij fine repulsius
abscedit.

De Tertio.

*T*ertius equinoctialis medius, maximusq; cuncto-
rum, per quem sol secundo, uel cum in astiuam
flagrantiam surgit, uel cum in hyberna descendit, qua-
dam mundi medietate peruectus mensuram noctis lucis
equalitate compensat.

De Quarto.

*H*ic propinquus brumalis, in quem hyemali fine
perueniens in aquilonem, denuorursus assurgit.

De Vltimo.

*Q*uintus autē, idemq; ultimus australis: quiq; antar-
cticus perhibetur. Hic mersus, ac uix altiore cira-
culi extremitate orizontis fixa contingens
tanti tamen spaciū, quanti septentrionalis circulus ratio-
ne monstratur, ei etiam inuenitur oppositus.

De Coluris.

*C*onsequēs reor culuros demonstrare: quoru pars de-
sup quædā alia in imo uersatur occulta: de quibus

non nescio scriptorum variare diffinita. Nam alij à septentrionali cardine in meridianum duci circulum prohibent. Eximdeq; sub terras meantem: denuo in arcticum apicem sublimari. Alij uero contra à cardine meridiano inchoamenta circuli perhibentes, eundem per arcticum uerticem, unde ortus denuo retulerunt. Qui quidem aliū ab ortu circulum decusantes, in quatuor quadras mundi ambitu discreuerunt. Verū, ego, quod Hyparcus meus scriptorum ueritate cōplexus: hos dico à signis zodiaci Cyli uenientes, ex tam inter se secundo coniuctos, quam omnes parallelos angulis equales persecantes in cardines peruenire: Nam unus ab Arietis locata parte natus ambito mundo per polorum uertices ad eandem recurrit. Alius simili complexu mundum à Cancro exortus includit, quod planius postmodum faciemus.

De obliquis.

Verum nūn obliqui sunt edicendi: Quorum signif er duodecim discriminibus interstinctus ex Parallelis duos, solstiale, brumalemque contingens, aequinoctiale medium fecat. Secundo nūn ad pares angulos, aut findit, aut finditur, qui Soli, Luneq; iter prebet cum quinque syderibus. Galaxias uero latens obliquorum multo maiore ambitu porrectus etiam uisibus approbatur. Nam confinio septentrionalis circuitinus im Finitorem antarcticæ regionis acclimans, penè totum uidetur permeare celum, quem quidem mihi desipere uidentur, qui circulum negauerunt. Superest iam unus è circulis, quem quidem quod locis, momentis que omnibus

bus variatur, dubito quid appellem. Hic tamen nouissima, supernaque discriminans, atque undique in superficiem telluris linea & flexu ambientis incumbens: Orizon, vel Finitor, vel Oriens perhibetur.

Item de Septentrionali circulo.

Sed quoniam expositi circuli breuiter claruerunt: Nunc eorum spacia unde primo cooperam, perhibeo. Ac prius ad Septentrionalis circuli redeam granditatem. In quo more Geometrico duo primo signa composui ad circulum perducendum, id est, unum, quod centrum. Aliud quod sphoram demonstraret. Itaque in ipso mundo cardine posui clarius sydus. Atque ab eo ad Draconis caput, quod iam notaueram, usque ad Finitoris circulum peruenire lineam duxi. Quam postea manete centro circumages circulum designauit, atque ab omni parte spaciū equale complexa. Per hanc syderā per sphoram circumducta peruenit à capite Draconis, ex dextro pede eius, qui appellatur Engonasis ad medium Cephei pectus, tunc ad pedes priores maioris Vrse, inde rursus ad Draconis caput.

De Solsticiali.

Hic circulo confinis solstitialis, quem itidem linea Hri dimensione à cardine mundi in octauam Cancri partem ducta, quo Sol accederat, solsticio reversimus eundem circulum ambitu' potiorem. Per hanc tamen signa curuari incipit ab octaua parte Cancri. Cuius omne corpus in longitudinem secat ad Leonis pectus, ac uentrem. Inde ad Ophiuchi humeros. Deinde ad ca-

put Cygni. Deinde ad ungulas equi, ac protinus ad dextram Andromedæ manum. Deinde ad finis trum Persei crus, eiusdemq; sinistrum humerum. Inde ad utraq; Eniochi genua, & proximè ad Geminorum capita, à quibus rursus ad octauam Canceris ipsius partem.

De Aequinoctiali.

A Equinoctialis demum circulum bis admensus à poli termino circumactus tam in Arietem, quam in Libram linea permeante, per hæc signa circulum includit. Ab octaua parte Arietis per totum corpus eiusdem ad reductum Tauri pedem. Inde ad medium Orionis aluum. Deinde per edictas curuationes Idri, Crateraq; et Coruum. Ad octauam Librae partem inter duas lucidas signi illius stellas. Inde ad utraq; Opibiuchi genua. Ac tum per Aquilam ad pegasi caput, à quo rursus ad octauam Arietis partem.

De Brumali.

B Rumalem uero circulum similiter signo in octaua Capricorni parte defixo per hæc meare comperimus. Ab octaua parte Capricorni per totum corpus eius ad pedes Aquarij. Inde ad Ceti ultimam caudam, ac deinceps Leporem, prioresq; Caniculae pedes. Inde per argo, tergusq; Centauri ad Scorpionis aculeum, deinde per Sagittæ ultimam partem ad octauam Capricorni partem circulus renovatur.

De Antartico.

V Ltimus ex Parallolis, qui uocatur *Antarticus* tandem spacij quantum Septentrionalis includit.

Qdcm

Quem quidē meantem, quibus syderibus circuletur, ego poteram memorare. Neq; enim mibi ulla celestis globi portio habetur incognita. Sed quoniā per ignotas superiores partes uisus hominū distēditur, dicere prætermitto, ne incōperta falsitatem admiscere videatur assertio.

Item de Coluris.

Melius Coluros demonstremus, licet ip̄si quoq; ali quid curuationis abdentes, non se totos uisibus representent: tamen quia coniectura nō erat, poterunt demonstrari. Atq; ita eorum primus, qui ab æquinoctiali parte sumit auspiciū, ab octaua Arietis parte cōtingēs ultimum Deltotos angulum, ac mox summum cōtingens Persei caput, dextrumq; eius brachium, proximè manum secans per septentrionalem circulum ad cardinem mundi peruenit. A quo per caudam Draconis ad sinistrum Arctophilacos, proximeq; ad Bootis stellam ductus, dextrū Virginis pedem sinistrumq; contingit. In quo octaua pars libræ est. Vnde ad dextram manum Cētauri, qua pantheram tenet, diuisus haud procul ab eo loco, quo sinistram centauri ungulam tetigit, in regionem inconspicue nobis partis obruitur, unde emersus infra cōtum per corpus eius, euerſiq; ceruicē ad caput, atq; inde ad octauam partem Arietis redit.

De Tropico.

Alter autem Colurus, qui etiam Tropicus dicitur, ab octaua parte Cancri consurgit ad sinistrum ex prioribus Vrsæ pedem per ipsum pectus eius ceruicemq;.

Inde ad cardinem peruenit mundi. Atq; inde per clunes minoris Vrſæ, et bis per Draconem ad finistram alam Cygni, ceruicemq; perductus, ultimum Sagittæ ſpiculū, et proximè rostrum Aquile contingit, à qua ad octauā partem Capricorni descendit. Inde haud procul mersus in regionem inconſpicuam, infra Argonem resurgit, cuius et gubernaculum, et rectam puppim fecans ad octauam partem Cancri reddit.

De signifero.

Duos iam ſupereffe círculos dubium non habetur, quos quidem obliquos dici ſuperius memorauī, quorum unus Signifer, nō ut cæteri, quos linealiter feci: Sed latifimus omnium comprobatur. Quem cum in duodecim ſpacia diſcernerem, ſingulis xxx. partes, nō neſcia rationis aſcripsi. Verum eius latitudinem círculi tetendi in duodecim portiones, ut tantundem ſpacij habeat latitudo, quantū longitudini duodecim partes attribuunt. Quod cū factum fit, facile eſt, loco eo, quo de Sole loqui cœpero, demōſtrare: Qui per mediā círculi eiusdē linea ſolus fertur. Cuius círculi ambitū per duodecim ſigna ad modū clara circumagi dubiū non habetur. Nā Galaxias non magis ratione, quam oculis approbatur. Cuius ultra regulā, et plerunq; deficiens latitudo à Cassiopeæ astro in Scorpionis aculeum latitudine compensatur.

De Orizonte.

Svpereft círculus ſolus Finitor, qui ex eo, quod ſemper ſurgentis, demeantisq; mundi diuerſitatibus uarietur,

rietur, certum astrorum ordinem non poterit retinere.

Quid sit spacij inter circulos.

IAM nunc inter circulos uniuersos quid interstitij, uel spacij intercapedo naturalis immerserit, & equum expli-
care. Nam inter Septentrionalem circulum quem spacij viij. resecant, & inter solsticialem interpatet tantum-
dem, quantum interest octo & sex. Nam idem interie-
ctus spacijs similibus continetur. In quo sit, ut maior sit
circulus ab eodem interiectu pari spacio, & eiusdem ter-
tia portione. Alia intercapedo inter solsticialem, & qui-
noctialeq; circulos minor est à superiore interiectu, quā
tum quatuor numeri ad sex. Ab equinoctiali ad Bruma-
lem similis. A Brumali autem ad austrinum talis est, qua-
lis illa, que inter septentrionalem, solsticialemq; circu-
los interiecta, circulusq; ipse austrinus tantum habet ad
cardinem suum, quantum septentrionalis ostendit.

Defixis signis.

PERACTA iam spaciiorum circulorumq; breuiter ratio-
ne, cetera que appellantur inerrantia, percurra-
mus. Dubium enim non est. xxxv. signis omne celū splen-
descere, nisi forte uelit quisq; eorum gestamina sociare,
licet animalium uocabulis censemantur, ut Capra, que
Eniocho superposita, aut hædos, qui eius humeris susti-
nentur, uel serpentem, quem Ophiuchus tenet, Aut
Pantheram, quem Centaurus gestat, que sydera ue-
lut partes habenda sunt potiorum. Hęc igitur signa
quimq; & triginta signa circuli interiacētis ambitu dis-

x s cernuntur.

ceruntur. Nam alia sunt Aquilonia, alia Austrina. Regione quippe zodiaci, que Septentriones uersus depicta sunt, Aquilonia peribentur. Interius autem numeratur austrina. Aquilonis igitur habent partem utraq; Septentrio Draco qui inter utramq; flexuosus illabitur. Arcturus, quē alijs Bootem appellat. Corona Ariadnes, Nifusq; quem alijs Engonafin dicunt, Lyra, Cygnus, Cæpheus. Cassiopeia, Perseus, Deltoton, Eniochus, Audromeda, Pegasus, Ophiuchus, Delphinius, Aquila, Sagitta. Austrina autem hæc sunt, Idrus, Crater, Coruus, Prochiō, Orion, Canicula, Lepus, Eridanus. Qui ab Orionis pede defluit, Coetus, Centaurus, Nauis Argo, Piscis australis, Ara. Nā ex aquā, quæ ex cratero Aquarij fluit, melius partem signi credimus. Et stellam, quam quidem Canopum, quidam Ptolomeum appellant, que superioribus inconspicua in confinio Alexandriae incipit apparere, ut partem Eridani fluminis extimabo. Hæc discernit zodiacus, qui quidem æquales duodecim signorum integrat portiones: Sed undecim habet signa. Scorpius enim tam suum spaciū corpore, quam Chelis occupat Librae. Cuius superiorem partem pedes Virginis occupat. Maiorē uero Scorpius: deniq; Chelas, quam Libram dicimus quidā dixere Graij. Horum ergo signorū duodecim nomina, quod nullo nota sunt, pretermitto.

Quod diuersis circulis distribuantur
quorundam partes signorum.

In telligo ordinis hoc fuisse, ut quo circulo, spaciove,
que signa sint, demonstrarem. Sed ex magnam partē
astructionis

astructionis exquirit, contra propositum breuitatis. Et quod mediatenus, tertia ue parte, quædam signa de fixis circulis diuersis sua membra discrepant. Hanc obscuram caliginem derelinquo. Quippe, ut cetera transcamus, Manus interior Arcturi intra septentrionalē circulum ponitur. Reliquumq; corpus parti alterius depuntatur. Cephei corpus mediatenus septentrionali thorace partito. et diuersis circulis attributo, Nodus uero finistro pede septentrionalis Draconis uerticem calcans capite solstitialem circulum ascendit, unum brachium Lyrae, alterum dans Coronæ, et alia huiusmodi non minus insuauia, quam morosa.

Quibus signis surgentibus, quæ orientur, quæ occidunt.

Illud potius attendendum, quibus surgentibus signis, que ortum faciant occidentq;. Nam oriente Cæro occidunt Corona Ariadnes, et Austrini pisces pars dimidia, Ophiuchus à pedibus usque humeros, serpentisq; quem detinet. præter fauces, caput' que totum, Bootis, etiam medietas. Oriuntur uero Orion totus Eridanique principium, et in lingua canicula lucida stella. Cum autem Leo oritur, Corona reliqua conataguntur. Austrinus' que pisces et Ophiuchi serpentis Bootisq; partes. Item' que Aquila, Nisi que pars extra. Oriuntur uero Idri caput, Lepus et Prochion, Canicula' que pars prima Oriente autem Virgine occidunt Lyra, Delphinus, Sagitta, Cygni' que pars posterior, Eridani' que pars ultima. Et caput, ceruix' que Pegasij. Oriuntur autem Idri pars prior usq; ad Craterem, Caniculaq;

Canicula que tota, ex Nauis Argonis, Puppis. Libra surgēte occidunt Pegasi ex Cygni reliqua portiones, Andromedae que caput, Cephei que humeri. Cetus ex flexus fluminis Eridani. Oriuntur Coronae medietas: Nisi dexter pes, ex Bootes, ex Idri reliquum preter ultimam caudam Centauriq; pars que in equi speciem figuratur. Scorpione autem nascente occidunt. Andromedae pars reliqua. Item Cephei pars, qua extra septentrionalem circulum posita, ex Cassiope, ex Orionis pars. Eodem tempore oriuntur Ariadnes corona tota ex caput Eniochi, Nisiq; corpus omne preter sinistram manū Idri causa ultima, ex Centaurus totus preter priores pedes. Sagittario nascente mergitur Orion, ex Canicula, ex Eniochi pedes. Oriuntur uero totus Ophiuchus, ex Nisi sinistra manus, ex Lyra ex Cephei caput, humeriq; ex Centauri pedes priores. Capricorno oriente occidit Eniochus totus, ex eius capra, hædiq;. Persei pars sinistra, ex Argonis puppis, ex Prochion. Inuicem oriuntur Cygnus, ex Aquila, ex Sagitta ex altarium. Aquario oriente occidunt Centauri pars equina, Idri caput. Oriuntur ex equus Pegasus. Piscibus ortis occidunt Idrus totus, ex Centauri pars reliqua, ex crater. Præterea oriuntur Andromedae pars dextra, ex pisces austrianus. Arietis signo surgente occidunt pedes Centauri ex altarium. Oriuntur uero Andromedae sinistra pars, ex Persei caput usque ad aluum ex Deloton. Signo Tauri oriente occidunt Bootis pedes, Ophiuchus à pedibus ad genua usque. Oriuntur autem Ceti pars reliqua, ex sinister Orionis pes.

Quibus

Quibus temporibus oriantur, aut occidunt.

Temporum quoque ipsorum quibus oriuntur, aut occidunt, habenda distantia est. Nam que transuersa oriuntur, ex recte occidunt, celeriores ortus habent quam occasus. Contra autem, que recta oriuntur, ex transuersa conduntur, tardius oriuntur. Nam Cancri signum recte oritur, inclinatumque mersatur, licet hoc in Capricorno parua inflexione curuetur. Oritur autem duabus horis, ex duodecima parte horae, ex hora occidit: ac deinceps minima in isto distatia est. Leo autem oritur duabus horis, ex tertia parte horae: occidit uero hora semis, ex sexta parte horae. Virgo oritur horis duabus ex dimidia, ex sexta parte horae, occiditque hora ex tercia parte. Similiter Libra. At Scorpius diminuit ortum, ex auget occasum: oritur enim horis duabus, ex tertia parte, occidit hora semis, ex sexta parte horae. At Sagittarius oritur horis duabus, ex duodecima parte horae, occidit ex deinceps horae. At inuicem que transuersa oriuntur, ex recta occidunt, breuiores ortus occupant quam occasus. Denique ex his est signum Capricorni, quod oritur hora ex deinceps, occidit duabus horis, ex duodecima parte horae. Aquarij uero proximum signum oritur hora ex dimidia, ex sexta parte horae. Occidit horis duabus, ex tertia parte horae. Sequens hos Piscium signum oritur hora, ex tertia parte horae, occidit duabus horis ex dimidia, ex sexta horae parte. Eandem mensuram Aries utriusque temporis seruat. Taurus oritur hora ex dimidia, ex sexta parte horae, occidit duabus horis, ex tertia parte horae.

bore. At Gemini oriuntur hora ex deince. Occidunt duas
bus horis, et duodecima parte hora.

Quod pro diuersitate signo-
rum, dierum, noctiumq;
fiat inæqualitas.

HAec est inæqualitas, que dierum spacia noctiumque discriminat. Nam cum solis lumen eorum signorum principium, que tardius oriuntur, ingreditur dum sequentia signa nascuntur, dici prolixitas procatur. Vbi uero hec intrarit, que cito orta demersantur, tardius diebus exiguis noctes efficit grandiores. Denique hec ratio, ex illis respondet, qui uelut miram efficiunt questionem, talia proponentes. Si spacijs æqualibus omnia signa percensentur, at necesse est diebus, noctibusq; cunctis sena signa supra terras esse, omnes dies, noctesque pares esse debuerunt. Sena autem signa superstare non dubium est, totidemque delitescere. Dies quoque noctes que uariari diuersitatibus spaciiorum. Nam Solstitialis dies habet æquinoctialis mensura horas quatuordecim, ex sextantem. Brumalis uero horas nouem, et dimidiam ac tertiam portionem. Vicijsim brumales noctes Solstitialis diei temporibus porrigitur: Cuius lucis tempora suscipit nox æstiva. In tanta uarietate diuersitateque temporum, illud profecto colligitur. Signa æqua- lia non habenda Cuius conclusioni ex rerum uarietas, ex nostra regula refragatur. Multiplici enim clepsydrarum appositione monstratum, omnia signa paria

paria spacia continere. Cum enim diuersa spacia in ortu
 habeant, atq; occasum: tamen si omnium ortus, occasusq;
 cōpenses, uidebis ad plenum collata mensuris & equalibus
 respōdere. Verū hac quæstione cōsummata, alia subtilior
 de spacijs imparibus obiectatur. Dicunt enim, si spacia
 signorum & qualia sint: aut Sol tardiore cursu quedam si-
 gna transcurrit, aut in dierum ratio diuersitate mētitur.
 Sed constat Solem geminorum signū xxx. ex duobus die-
 bus excurrere. Sagittarij autē xxvij. ceterisq; signis, aut
 adjici, aut detrahi aliquas portiones, quod profecto non
 fieret, si aut sol & equali cursu ferretur, aut signa spacijs
 paribus tenderentur. Sol autem eadem ac perpetua celeri-
 tate festinat. Relinquitur, ut signis spaciiorum & qualitas
 denegetur. Sed hunc quoq; errorē opinio inueterata com-
 posuit, quam omnes haec tenus credidere. Quemadmodum
 ipsi mundo sphæræq; postremē centron esse terram: Ita
 ex solarii circuli eandem centron esse, quod omnino fal-
 sum esse non dubium. Nam ut diuersa spacia sunt cæle-
 stis ambitus circuliq; medialis, ita ex diuersis centrorum
 signis, punctisq; torquentur. Quò fit, ut terra solaris cir-
 culi centrum non sit, sed eccentros habeatur. Per uices
 enim propinquitates, descensusq; ad terras solaris or-
 bita cursusq; summittit. Itemq; pro signorum con-
 ditionibus sublimatur, ex cum medietatem linea-
 rem in latitudinem zodiaci, sol libratus excurrat,
 Orbem tamen solis obliquitas meatus aut imprimit,
 aut extollit. Quis enim dubitet Cancrum, Ge-
 minosq;, uerbi gratia in mundi ardua sublima-
 ri. Rursumq; Sagittarium Capricornumq; perer-
 ratis deflexibus infirmari. Quod cum ipse zodiacus
 signaq;

signaque; celo coherentia tantumdem à terris undique; secus interstitij detineant. Solaris tamen circulus, qui subtermetat, aut euhitur, aut descendit. Hinc uenit, ut à sole signa cum dierum transcurri diuersitatibus uideantur.

De Planetarum orbibus.

Transcursa ratio est signorum celestium, atque etiam circulorum. Nunc planetarum orbes differantur, quos quidem non ab erroribus suis, nam hisdem solis rationibus commeantes nihil licere patiuntur erroris. Sed quia diuersa uarietas mortalibus caligines intentionis effundit, non planetas, sed planantas, sicut Orator afferit, memorabo: licet eos proprijs nominibus insignitos etiam alijs nominibus appellariint: Nam Saturnum Phænona uocant: Iouemque Phætona: Pyro in Martem: Venerem Phosphoron: Mercurium Stilbonta nomimarunt. Soli uero Lunaque; diuersitas gentium innumera uocabula sociauit. Horum igitur septem, illa eò maximè confixis syderibus habenda distantia, quod illa celi tantummodo cursibus conuentur, propria statione ornata. Hi uero tam mundanis rebus auferuntur, quam proprijs cursibus commouentur. Nam quantum eos retulit diei, noctisque; rotatio, tantum nuntiuntur diuersis compensare temporibus, id est, aut mense, ut Luna, aut anno, ut Sol, aut xxx. annis, ut Saturnus, et ceteris temporibus attributis pro spaciiorum que circumcunt latitudine, aut breuitate. Que cuncta sydera, licet in ortum pergere uideantur, non tamen aduersum mundum rigido motu, sed obliquo per zodiaci defixa moluntur. Alioquin ex contrario partium suarum motu mundus stare

dus stare non possit. Deniq; etiam peripateticorum dogma contendit, non aduersum mundum hec sydera promoveri, sed celeritate mundi, quā sequi non potuerunt, præteriri. Quod quidem, etiam ut uerum sit, meis non poterit rationibus obuiari. Siue enim Saturnus nimia cū mundo celeritate cōcertas, uix exiguis cursibus superatur. Ac Luna, quod tardius incedat intra trigesimum diem à mēdi parte eadem præteritur. Siue contra mundum nitentibus, ideo celerior, quia breuiore ambitu orbem circuit luna: tardiusq; Saturnus propter latitudinem orbis effusi. Utrum uelis, meis regulis non obſistit. Siquidem suis motus iſtorum rationibus dispensatur. Quibus tamen septē syderibus unus est communis motus, quod omnes ortum petunt. Alius quod temporum omnes diuersitatibus atq; accidentibus uariantur. Nam ex his quinq; sydera, statio nes recursusq; patiuntur. Sol uero, lunaq; cursu cōtinuo rapiuntur. Item hec lumina uicibus obscurantur. Quinq; uero sydera nesciunt umbrari. Tria item ex his cum Sole, Lunaq; orbem terræ circumneunt. Venus uero ac Mercurius non ambiunt terram.

Quod Tellus non sit centrum omnibus planetis.

LIET generaliter sciendum cunctis orbibus planetarum ecceptron esse Tellure, hoc est, non tenere medium circulorum: quod mundi centron esse non dubium. Et illud generale septem omnibus aduertendum, quod cū mundus eiusdem ductus rotatione unimoda torqueatur. Planetæ quotidie tam loca, quam diuersitates arripiant circulorum. Nam ex his nullū sydus ex eo loco unde pri-

die ortum est, elenatur. Quod si est dubium non est.
 cxxxiij. circulos habere Solem, per quos, aut ab sol-
 sticio in brumam redit, aut ab eadem in solstitialis li-
 neam subleuatur. Per easdem quippe mutationes com-
 meat circulorum. Sed cum sol predictum numerum ha-
 beat, Mars duplos circulos facit: Iouis stella duode-
 cies extescere octies uicies cumulatis, Saturnus eos
 circulos, qui Paralelli etiam dicti sunt circumcurrent:
 Qui motus omnium cum mundo proueniunt, ex ter-
 ram ortibus, occasibusq; circumcurrent. Nam Venus, Mer-
 curiusq;, licet ortus occasusque quotidianos ostendan-
 t: tamen eorum circuli terras omnino non am-
 biunt: Sed circa solem laxiore ambitu circulantur.
 Deniq; circulorum suorum centrum in Sole constituant,
 Ita ut supra ipsum aliquando, infra plerunque pro-
 pinquiores terris ferantur, à quo quidem signo uno,
 ex parte dimidia Venus disparatur. Sed cum supra so-
 lem sunt, propinquior est ei Mercurius, cum intra So-
 lem, Venus, utpote orbe castiore, diffusioréque cur-
 uetur. Nam Luna, quæ propinquior terris est, per
 quos feratur lanfractus, interius memorabo. Post
 cuius orbem alij Mercurium, Veneremq;, Alij ipsius
 circulum solis esse concertant. Deinde Martis, Iouis,
 ac Saturni: quos omnes ut suis amplitudinibus me-
 tiamur, quod non facile astrologi uolueré, ab uno Geo-
 metrie concessso, assertio est iactioanda: quod ex ipsa
 suggerit in praesenti, ex ab Heratosthene, Archime-
 deq; persuasum in circuitu terra esse cccvij. millia sta-
 diorum ex decem stadia,

Quod

Quòd circulus Lunæ maior sit quam terra, & ipsa Luna minor quam tellus.

Ta ergo, ut ab hoc indubitatis rationibus approbatur, Lunæ circulum centies terra esse maiorem. Qui quidem circulus ipsa luna sexcenties potior inuenitur. Quæ duo ex defectibus sosis a siduis quantum umbrae Luna subiecta reddiderit, ex ipsius umbrae collatione cum ipso Lunæ corpore uera dimensione monstrantur. Quæ nisi morosa sit, quemadmodum dimensa sim, demonstrabo. Crebro in climate Diameroes proueniens solis defectus, eisdem ex omni parte totum obumbravit orbem. Sed propinquo climati, id est, Diarhodij portio obscurationis apparuit. In climate uero Diaboristhenis nullo obstante parte Sol totus eluxit. Vnde quoniam clima Diarhodij quot stadia contineat, manifestum est, reperi duodecimam partem terræ umbram, quam Luna fecerat, continere. Sed quoniam maius corpus eius est, quod umbra metaliter iacitur, quam ipsa umbra ex climatibus, quibus pro parte Sol obscurabatur, dextra, leuaq; compertum est triplo maiorem esse ipsam Lunam umbra sua. Ergo collectum est Lunam sexies minorem orbe terræ prædictis rationibus inueniri.

Quòd Luna minor sit orbe suo.

Luna autem minor est orbe suo sexcenties, quod clesydris intelligi potest. Duobus enim uasis ænis suis libris positis, unum vacuum inferius, aliud superius aqua plenum pone. Observa autem Lunæ or-

y 2 tum,

tum, et stellam fixam simul cum ea orientem. Et cum coe-
perit corpus Lunæ ex superiori parte supra terras appa-
rere, cito superioris uasis aqua, uidelicet pleni centrum
aperi, ut simul cum incipiente Luna oriri, aqua fluere in
uas inferius incipiat, et donec totum corpus appareat,
fluat. Cum autem tota supra terras apparuerit Luna,
statim primum uas, in quod aqua fluxerit, subtrahas, et
aliud apponas, in quod aqua fluat, donec nocte alia re-
nascatur illa stella, que in priore nocte cum Luna orieba-
tur, et cum illa orta fuerit, superius uas, unde aqua flu-
xerat, tollas. Deinde metire totam aquam, que in spacio
uiginti quatuor horarum fluxerat ad mensuram illam
primam, que cum corpore Lunæ prius in primum uas
fluxerat, et inuenies sexcenties aquam exciscere, quod in
Luna circulo fieri non dubium est, id est, sexcenties supe-
rare spacium corpus Lunæ. Vnde colligas circulum eius
toties esse maiorem. Luna autem minor est orbe suo sexcen-
ties, quod clepsydris fusile imponas: Atque emersa omni
subtrahas primum, et aliud uas apponas, donec nocte
alia renascatur, adiecto ad circuli spatia, et quot excur-
rit partibus, et ipso item lunæ corpore, quoniam de cir-
culo hoc quoq; esse non dubium est, inuenies sexcenties
aquam excrescere, unde colligas circulum eius toties esse
maiorem. Si ergo ipsa Luna maior sexies terra, sexcenties
circulus eius maior Luna. Vides lunarem circulum cen-
ties maiorem esse tellure.

Quorum planetarum orbes
Lunam supercrescant.

Qno

Quo monstrato alios circulos uideamus. Sed quis dubitet solarem circulum duodecies quam Lunæ esse maiorem? Cum quod illa mense, ille duo decim percurrat. Martis uero circulus uicies quater potior inuenitur. Iouis centies et quadragies quater. Saturni trecenties, tricies, et sexies. Vnde si numerus intentionibus supputetur: et quot stadia Saturni circulus habeat, et quota eius portio omnis terra sit, inuenitur: Nam si centies Luna circulus maior est terra, Luna autem circulo cccxxxvi. maior Saturni: Maior est igitur Saturni circulus omni terra tricesies, ter millies, et sexcenties.

De Lunæ meatu.

Nunc iam Lunæ meatum, quæ terræ propinquior est, uideamus: quam quidem instrumentum habere lumen physicorum assertione persuasum est. Cum quod sit semper pleni orbis esse non dubium est. Nam si ab illa parte, quæ se subiicit Soli, omni hemisphærio collustratur etiam trigesima nobiscum nullum lumen ostendit: Superne qua Solem spectat pleno lumine relucescit. Deinde cum discedens à Sole à latere eum cœperit intueri, pro parte etiam inferius lumen acquirit, donec è regio ne posita ab hac parte quæ nobis est uisibilis, collustretur. Circuit enim eius globum undiq; secus Solis nitor, et ei parti, quam totam tunc aspicit, lumen indulget, cuius luminis radij in terras quoq; luculentiores perueniunt: ut si quis ex speculo lumine repercuesso effigiem lucis exceptiat. Quæ quidem Luna, cum eum in orientis partibus comprehendenterit, obscuratur: et cum in occasu de-

y 3 seruerit,

seruerit, luceſcit. Cuius primi luminiſ effigies quibusdam
 uelut cornibus circulata monſtrosa dicitur. Cum uero xx.
 partibus à Sole diſcedens orbem eius mediatenus idem ra-
 dius luminarit, diuīlūos perhibetur. Sed p̄dictis
 partibus cū alias xlv. adiecerit, perhibetur aequatorib⁹.
 id est, maior dimidia, minor plena. Cum uero clxxx. par-
 tibus à Sole diſcēſſerit, contrario poſitam totam partem,
 quam terris opponit, illuminat, aequatorib⁹ perhibe-
 tur. Ac dehinc deficiens feruat tum p̄dictis partibus
 nomina memorata. Quæ quidem xiiij. orbis ſui partes die
 noctisq; tranſcurrit, cum pro latitudine circulorum
 quos obeunt eodem interſtitio Mars dimidiā, Iupiter
 duodecimā unius partis, Saturnus xxviij. unius portio-
 nis excurrat. Verum Luna circuit totum ſigniferum
 xxvij. diebus et beſſe: Sed Solem xxix. diebus, et media
 diei, noctisq; parte coſequitur: quod ideo tardius proue-
 nit, quia cum ſuum peregerit circulum, ex quo Sol ab
 eodem loco, quo ei lumen dederat, excurrit, et in ſigno
 proximo, aut etiam altero reperitur. Nam si in Libra,
 aut Scorpij, aut Sagittarij ultima parte lumen acceperit.
 Non cum in ſequenti ſigno, ſed in altero coſequitur.
 Hec enim aliquando tria ſigna tranſcurrit. Quemadmo-
 dum his centraria plerumq; bis inuenit. Nam quoniam
 ibi Sol xxx. diebus, et in Geminis xxxij. moratur: Lu-
 na, qua xxix. diebus, et dimidia parte cum coſequi-
 tur, ibi utiq; poterit inuenire. Verum eadem Luna alia
 quando xiiij. diebus, aliquando xv. plerunque xvij. ple-
 rum perficit lumen. Ita tamen, ut in eodem deponen-
 do compenſet. Nam si xiiij. die lumen impleuerit xv. die-
 bus amittit: ut dierum ratio integra concludatur.

Verum

Verum eadem Luna implet annum suum cccliiij. diebus. Nam xij. eius coitus hoc numero peraguntur. Sicq; fit, ut annus solaris diebus xj. maior habeatur, quod intercalationum diversitatibus compensatur.

De XII. partibus latitudinis zodiaci.

DE Latitudinis partibus, per quas Luna commeat, dedicamus. Nam in zodiaco xij. esse latitudinis partes superius intimaui, per quas diuersis modis sydera spaciont. Nam alia per tres partes, alia per quatuor, alia per octo, quedam per omnes xij. defensuntur. Sol enim in nullam excedens partem in medio libramento fertur absq; ipso. Libre confinio. Nam ibi se aut in austrum, aquilonemq; deflectit ad dimidium ferè momentum. Luna autem per omnes xij. currans, nunc in aquilonem prouehitur, nunc in austrum deueniens infimatur, utring; momentis excurrens. Sicut Hipparchus quoq; consentit. Deniq; obliquitati eius uocabulum constructum, ut ferè $\pi\lambda\sigma\omega\mu\eta\sigma$ dicatur, ita tamen ut descendens, ascendensq; ipsam solarem lineam, quam medianam inter senas utriusq; lateris partes esse monstrauit, aut acutis, aut spaciofis angulis secet, nec possit tamen ad idem, hoc est ita, ut est posita, eodem mense, eadem parte sic ad Solem reuerti eadem latitudinis portione, nisi mense ccxxxv. hoc est anno xix. Nam ut sub eadem die, atq; hisdē propinquatis syderū inerrantium ad idem redeat, faciūt anni lv. Ut uero etiā planetarū hisdē rationibus sub eadem spe

y 4 cie contin-

cie contingat, anni magni prolixitas spectanda. Verum eadem Luna consecans solarem lineam in aquilone scandit, uocatur $\text{υ}\text{λούμεν}$. Cum ab aquilone ad solarem lin- neam redit, dicitur $\text{υ}\text{λος ταπεινούμεν}$. Cum à solari in austrum descendit, $\tau\alpha\pi\epsilon\iota\sigma\tau\alpha\pi\epsilonωμέν$. Cum deinde rediens ad solem resurgit, $\tau\alpha\pi\epsilon\iota\sigma\text{υπομέν}$. Sed idem ascensus, descensusq; faciunt utriusq; luminis obscuratio nem. Nam cum Luna scandet, descendensq; in solarem li- neā inciderit, si trigesima est, hoc est omni corpore subs- iecta Soli, obscurationem Solis terris facit. Suo enim cor- pore subter se positis obscurat alijs partibus terra & Sole, qua non tegitur relucente. Quam obscurationem eadem non cunctis mensibus facit, quia non semper trigesima in eadē solari linea reperitur. Sed aut sursum, aut deorsum posita, ne possit obstare, transmittit.

De Defectu Lunæ.

Tem Lunæ defectus fit, cum in contrario Luna posita, hoc est. xv. in eadem linea Solis umbra terræ metaliter infuscatur: Nam Sol umbram terre in suam lineam mittit. **Q**uam si Lunæ corpus intrarit: quoniam uidere lumē Solis terra obstante nō poterit, luminis soliti ademptione furuescit. Alias cum in superiore, aut inferiore latitudinis loco fuerit, pleni luminis effigie relucescit. Deinde ideo intra sex mensēm defectus non potuerunt iterari, quia aut xv. aut prima in eadē Solis linea per xij. partium latitudinē spaciatur. Deinde non poterit inueniri. **V**nde si ab Aquilone rediens ad Solem in latere proximo posita nō obsistit, **N**ec possumus quodcumq; facere, perhibetur.

betur. Quæ si à latere Septentrionis transcurrrens coit, et obſtit, παραμετέων Βόρεος σύνοδος memoratur. Si ab Austro ueniens, nec obſtens lumen acceperit, παραμετέων σύνοδον μότιον fecisse dicitur. Si autem ad solarem circulum ueniens ab Austro obſtiterit Soli, εὐρεῖται Βαλον σύνοδος μοτιον fecisse dicitur. Haec species, diuerſitatisq; Luna superæ mutabilitatis uarietate confunduntur.

De cursu Solis.

Nam Sol, quem Gemino diximus meare motu, quippe ab ortu, aut cum mundo corripitur, aut ipse suum circulum contra mundum per obliqua distendit. Verum ex ea parte, qua cū mūdo uoluitur, quotidianus ortus sui lineā mutat. Et quonā omnes ductus, per quos uoluitur, circulos, appellamus clxxxiiij. eosdem esse dubium non habetur. Nam siue à Cancro descendat, per eosdem usq; ad Brumalem circulum currit. Siue à Bruma in solsticium ueniat, per ipsos denuo reuoluitur. Qui quidem secates secundo zodiacum, contrarijs signis perpetuo lineantur. Nam primus Arietis circulus primus est Libre. Item trigeminus Arietis trigeminus est Libre. Item Tauri prior Scorpionis est primus. Sic igitur ccclxvij. partibus fiunt, clxxxiiij. Circuli, quos omnes Parallellos appellamus, et ex contrario, ut dixi, signa hisdem partibus secant. Ergo bis hos circulos annuos, ccclxv. diebus, et quadrante diei peragit, siue ad solstitialē circulum tendat, siue exinde reuertatur. Illud etiam non tacendum, quod cum duo sint hemisphaeria. Unum ab equinoctiali circulo in

y s septentrionem,

septentrionem. Aliud in Austrum ab eodem æquinoctiali, tamen Sol diuersa utrung; ratione discurrit. Cum ut dixi, paria sint signa partis utriusq;. Verum id, quod ad solsticialem cōsurgit, clxxxv. diebus, ex quadrante diei, noctisq;. Id autem, quod ad Brumalem de- primitur, clxx. diebus peragitur: quod utiq; illa res facit, quod eccentricum Solis circulo dixi esse Tellurem. Et in superiori hemisphērio alterius tolli, in inferiore ad terræ confinia propinquare. Dubium autem non est citius transcurrere breviorem sinum, tardiusq; diffusum: Verum Sol, cum ad Cancrum ab æquinoctiali parte condescendit, aestatem præstat hominibus, quos inter solsticialem, septentrionalemq; uiuere, dubium non habetur. Cum ab eodem Cancro in æquinoctialem Libram descenderit, Autumnum facit. Cum uero ad Brumalem lineam recedit, Hyems habetur. Propter ea, quod calore dimoto, torpor inuadit. Rursum cum à Capricorno hyemali in æquinoctialem Arietem surgit, uernum tempus arridet. Ex hinc denuo in Cancro Aestas torrida renouatur Sed econtrario perferre omnia non dubitatur: Antipodas, quorum aestatem Capricornus facit, hyemem Cancer, Sol tenens æquinoctia utriq; parti temperiem.

De accessu, defectuq; dierum ac noctium.

IAm illud superfluum puto, noctiū accessus, defectuq; memorare. Cū pares pro rota sint estiuis diebus hysmis

mis noctes, et hyemalibus diebus noctes estine, unaque equinoctialis nox, que bis anno contingit, par sit dici suo. Nam cum ab equinoctio uerno in Cancrum Sol meat, omnes dies maiores sunt noctibus suis. Item ab autumNALI equinoctio usq; ab Brumam minores dies noctis bus dilatatis.

De Climatibus octo.

Minimus autem anni dies Brumalis est, qui habet horas. ix. Maximus autem Solstitialis habet horas xiiij. licet hoc pro climatum rationibus uarietur. Nam climata octo sunt, sed proximum solstitiali Diameiros. Deinde alterum diafyenes. Tertium Dialcxandrias, quod ducitur per Cyrenas in Africam Carthagini ab austro adiacentem. Quartum ex medium ex omnibus diarbodijs, quod per medium Peloponensem, Siciliamq; ductum, ad ostium Bethys peruenit. Quintum est Diaromes per Macedoniam, et alteram partem per Gallias, et Lusitaniam ad Tagum descendens. Deinde sextum per Helleponum, Thracianq; et confinem Germanie Galliam. Septimum Diaboristhenes per Poticum mare: et ab altera parte Germaniam, Britaniamq; precidens. Ultimum est ultra Meotis paludes, et infra Ripheos montes.

De æquinoctialibus diebus secundum Climata.

Ergo secundum Climata dies dicantur. Diameiros maximus dies habet æquinoctiales horas. xiiij. Minimus dies. xij. Diafyenis maximus dies horas habet. xiiij. Minimus decem. Dialcxandrias maximus hora=rum

rum xiiij. Minimus, ix. Diarhodij maximus horas xiiij.
 et besse, et Minimus ix. Diarome maximus, xv. Minimus
 ix. Diahellespontus maximus horas xv. Minimus
 viij. et besse, Diaboristhenes maximus horas xvij. et bis
 se. Minimus viij. et trientem, Diariphæon maximus ho-
 ras xvj. Minimus viij. Deinde cum prope cardinem ac-
 cesseris, longior dies semper, breviorq; nox fiet. Denique
 colligitur sub ipso uero cardine semper diem esse. In-
 terea his climatibus quibus crescunt, decrescuntq; lu-
 ces, Sciedūq; à Bruma ita dies accrescere: ut primo mēse
 duodecima eiusdem temporis, quod additur estati accre-
 scat. Secundo mēse sexta, Tertio quarta. Et quarto mēse
 alia quarta. Quinto sexta. Sexto duodecima. Illud quoq;
 manifestum, quod zodiacus circa Cancrum, Capricor-
 numq; flexior æquinoctiale penè directum secat.

De Stella Mercurij.

HAENUS de Sole. Nunc planetarum cursus conue-
 nit intueri. Eorūq; præcipue, qui cirea Solē per-
 agratione mundana uoluuntur. Nam Stilbon penè an-
 ni circulum ducens per octo latitudinis partes alterna-
 incitus diuersitate discurrit. Huius Venerisq; circulos
 epicyclosq; esse superioribus memoravi, id est, non intra
 ambitum proprium rotunditatem telluris includere. Sed
 de latere terræ quodammodo circunduci. Qui ut ori-
 ri subinde occidereq; uideantur, mundani motus rapti-
 bus muoluuntur. Sed idem Stilbon, licet Solem ex diuer-
 sis circulis comitetur, ab eo tamen nunquam ultra xxxij.
 partes poterit aberrare, nec duobus signis absistere.
 Nunc præteriens, nunc consistens, aut certè regrediens,
 qui

qui quidem diuersis schematibus variatur. Nam licet exi
guo, parviq; temporis spacium faciat, tamen ex ortus fa
cit, ex occasus. Quippe ubi radijs solaribus conditione
partium liberatus, ante emergentis splendorem iubaris
uibrandus appetet, ultra terrarum orizontem subleua
tus. Nam à Cronico ortu hic nunquam poterit eleuari.
Quippe in Diametro Solis possit positis euenire syde
ribus Diametrum in signo septimo perhibetur: ita fit, ut
iste, qui ultra signum ex alteram exiguam portionem se
quentis abesse non poterit, non illic contingat ortu à
Cronico subleuari. Deniq; nec contrarium eidem nouit
occasum, uel ortum, sed ortum itidem uespertinum facit.
Cum post occasum Solis luminis sui libertate clarescit:
item occasus duos habet: Vnum cum ante Solem parere
solitus, claritate radij superuenientis occulitur. Alium,
cum itidem retro gradatione sui uicinie Solis admotus
idem patitur in occasu. Ab eo quippe Solis lumine intra
xx. momenta abesse non poterit, licet maioribus parti
bus aberrarit, qui ultra secundum signum non poterit
iuueniri. Et has tamen obscurationes, ortus' que perspi
cuos, quarto quoque mense, nec id tamen semper offens
dit.

De Stella Veneris.

AT Venus, quæ ab alijs Phosphorus nominatur, à
Pythagora Samio, cum suis ostensa est terris re
tionibus peruestigata. Et ipsam circa anni confinium
habere circulum proprium perdocetur. Nam ecc. die
bus, ex aliquot latitudinis uero partibus, xij. Lune sum
lis peruagatur, l. momentis à Solis orbe discedens, licet
plus

plus & xlviij. partibus aberrare non ualeat. Et tamen in suo posita circulo cum uaria diversitate circumdat, quia aliquando cum transcurrit, aliquando subsequitur, nec comprehendit, aliquando superferetur, nonnunquam subiacet. Quippe que non annis omnibus reuocet cursum. Tunc etiam retrogradatur ultra anni circulum tardior collustrat orbem. Cum autem directo cursu meat, etiam undecimo mense circulum compleat, Nunc faciens ortum, ut in Luciferum, nunc post occasum Solis effulgens, Vesper uel uesperugo nominatur. Sola de quinq[ue] syderibus umbram reddit, ut Luna: Solaque fulgori Solis emergentis diu conspecta non cedit. Quae quidem in ortu matutino plerumq[ue] quatuor mensibus immoratur. In uespertino uero nonnunquam plus uiginti diebus, Verum tam uisus eius quād uoculationes xix. mensibus restauratur.

De Stella Martis.

Nam pyrois siue Martium sydus ultra Solem means proprium etiam ipse circum telluris eccentron meat. At annis prope duobus in latitudine quinq[ue] partes excurrit. Cui licet cum duobus superpositis ortus, occasus stationes que lac reditus uideantur esse communes, tamen ex altitudinem propriam, ex stationem primam, ex Absidem suam exceptam ceteris nouit. Nam eius altitudo, id est, ubi se eius circulus à terra aliud tollit, sub signi Leonis regione cōsurgit. Statio uero specialis eius prima. Nam uipote Soli coniunctus de proximo etiam inquadratura eius positus radios sentit, Quippe in nonagesima parte ex astroque eius latere remoratur.

moratur. Absidem etiā babet, recessumq; sublimē in Capricorni confinio, hoc est, sub eius nigrissimō parte.

De Stella Louis.

STELLA uero Louis salutaris ad omnia, ut pote superior duodecim annis longitudinem propriæ circumactiōnis excurrit. Per latitudinem uero quinq; partium spaciatur. Altitudo eius circuli in Virgine reperitur. Absis uero in Cäcri decimaquinta portione: Qui ascensus, descensusq; eccentricon esse terram ipsum quoque circulum contestantur.

De Stella Saturni.

PHÄNONIS autem, hoc est, Saturni prealtius omnibus sydū modico minus annis triginta circulum suum per longitudinem circumcurrit. In altitudine uero tribus tantum, aut etiam duabus partibus peruagatur. Altitudo quidem eius circuli in Scorpionis signo grandescit. Verum Absis ipsius Librae uigesima portione ortus tamenquam duabus inferioribus sunt similes, cum ultra partes duodecim eos matutini radius non præcesserit Solis. Tunc quippe matutinum ortum facere perhibentur. Occasum autem cum Sole dimerso remote tot partibus poterunt apparere. Est et alius ortus, qui χρονίκος perhibetur. Cum Sole intra orizontem demergente de Orientis facie clarum planetæ nascentis sydus emergit. Occultationes

tiones vero eorum fiunt, cum radio consequente. proprij
luminis vibratum amittunt. Deniq; a partibus cxx. matutis
timas stationes efficiunt. Moxq; in contrario in clxx. par-
tibus exortus faciunt uestertos. Itemq; in alio latere in
cxxx. partibus uicimantes, stationes faciunt uestertas,
quas etiam secudas dicunt, qui superiores primas esse di-
xerunt. Consecutus autem radius intra duodecim par-
tes, eas opprimit, & occultat. Sed cursus diversita-
tes, altitudinisq; causas consistendi, retrogradien-
diq;, atq; incedendi omnibus supradictis im-
portat radius Solis affulgens, qui eas per-
cutiens, aut in sublime tollit, aut in
profundum deprimit, aut in
latitudinem declinare,
aut retro gradas
re facit.

Explicit liber octauus.

Martiani

M A R T I A N I

C A P E L L A E D E

M V S I C A,
L I B E R I X.



*Am facibus lassos spectans marcentibus
igne
Instaurare iubet tunc hymenea Venus.
Quis modus, inquit, erit: quonā sol-
lertia fine
Impedient thalamos ludere gy-
mnasia?*

*Diriguit comis blandisq; aſſueta uoluptas,
Et noster pallens contrahit ora puer.
Ipſa etiam fulcris redimicula nocteſ ſueta
Flora decens trina anxia cum charite eſt.
Nec melicum recimens modulatur tibia carmen,
Nec dulcis tentat psallere Melpomene,
Omnia que tenero moris feruescere ludo
In cumulum doctae uocis honore tacent.
Nec ſuada illecebris ſponsalis pectora mulcet,
Nec ſtimula incenſo allicit aculeo.
Quinetiam interulos gaudens diſſoluere nexus:
Blandificaq; libens ſtrigere corda face:
Nictantes oculos reprimit ſtupefacta uapore,
Nec perferre ualet gorgonos ora trucis.
Si erudita placent certe ſponsalia diui,
Saltem docta ferat carmina Calliope.*

z Nam

Nam simul oblectans uocis modulamine mentes
 Tædia dulcisonis auferet illa tonis.
 Quippe est scruposis, fateor, laßata puellis
 Iusuetis letor mœstificata modis.
 Pronuba sic uolape est hac seria carpere Iuno:
 Nec cura astriferi te stimulat thalami.
 Ast ego succubui, lepidisq; affecta choreis
 Non ualeo trifles cernere cecropidas.

Et cum dicto resupima paululum, reclini' que ponē
 consistens sese permisit amplexus Voluptatis. Cuius uer-
 bis, assertioni' que ruricole omnes, Cuncti' que Fluctige-
 na quam plures etiam Aſtriluci affenſere Diui, Praſer-
 tim' que Lemnius mulciber Fabriliū tantum operum
 follers maritus promptiore attestatione collaudat. Tunc
 denique, quod decenter innixa, atque ipsa relabentem laſ-
 fitudo decuerat. Mars eminus conspicatus tenere cum
 admirationis obtutu languidiore fractior uoce laudauit,
 profunda' que uifus est traxiſe ſuffiria. Nec Bromius in
 fauoris gratiam diſpar fuit. Quinetiam ipſam Athlanti-
 dem tam flammata cupiditatis cura concuſſit, ut omitte-
 re uellet, que circa ſponsalem coetum ornatiōra diſpo-
 ſuit. Tanti quippe uifum nūquām Veneri diſplicere. Ve-
 rum ſuperum pater, licet iñſinuatione Germanæ, ut pro-
 peraret admonitus, tamen nequid nuptialibus deroga-
 ret ornatibus, aut tante eruditioñis examen delitiosa fe-
 ſtimatione conuelleret. Qui probandarum numerus
 ſupererſſet, nihil afferens festinationis exquirit. Cui
 Delius Medicinam ſuggerit, Architectonicam' que in
 preparatis aſſistere. Sed quoniam his mortalium re-
 rum cura, terrenorum' que follertia eſt. Nec cum æthe-
 re quicquam

re quicquam habet, superisq; confine non incongrue, ac si fastidio re spuuntur, in Senatu cælico reticebunt. Ab ipsa deinceps Virgine explorandæ discussus. Vna uero, quæ potissima Celi, Syderumq; dilectior est, examinis huius tam fauore, quam uoluptate disquiritur. Tuisq; conspectibus non poterit sine scelere uiduari. Sed illud præ cunctis intimatum uelim. Quod Dotis offerende, cu mulandeq; reciproco alias aduexit Virginis mater pueras, quas opulēis collocatas muneribus examine isto explorare constituit. Hæ igitur modo dispares numero, nec disgregæ uenustate eruditioñis etiam dignitate paucis astantium conferendæ, in penetralibus quoque uirginis, secretis que sanctionibus alumnatae. Quatenus nec odio, quibus que delicijs ac prorsus enerui mollitudine syderalis curie transeantur, iouialis uigoris maiesta te percensæ. Hic Tritonida. At quim ait Virgines, quas Phronesis educauit, superum incessanter pectorum arcana tenuerunt. Nec quisquam fuit uestrum, qui non illis uoluntatis abditæ interpretamenta commiserit. Denique ex his quamplures antistitiam Professæ diuum. Ac ni per illas in terris sanctis libare numeribus, certè litare penitus abnegatum. Verum transactæ Virgines eruditioñis castæ præstitere miracula. Hæ familiaritatis uestræ preferunt documenta: Nam inter diuinæ humanaq; dissidia sole semper interiunxere colloquia. Has igitur ingressas agnoscetis, probabitis que Diui. Que dum Delius, Pallas que diffèrent earum disquisita uocabula. Tunc Phœbus Gethliace inquit, propior astabit. Que rationis æthe-

rea conscientia pensa Lachesis adoperta, atq; instantium seculorum gerenda denunciat. Deinde Symbolice, que uarietatibus omnimatis uentura componēs auspiciorum prouentus pensat uitribus futurorum. Thnetice tertia est, per quam tripos illa uentura denunciat, atq; omnis eminuit nostra Cortina. Deniq; in argumentū præsciencia mihi coruus alludit. Cygnus etiam sociatur, ut dici noctisq; prouentus nos auibus præsentire concolor temporum pluma testetur. Ipsaq; tripos trini cursus præglia pollicetur, hoc est Extantis, Instantis, ex Rapti. Deum trigarium supplicantis semper germanitatis adueniat, quod uestra uulgo suffragia pollicendo incertos mortalium sensus primum in spem opis super e proritauit. Præsidijq; indagam in cultam fecit procedere nationem. Hanc igitur siue trigeminam foemina, siue tres in unius nominis uocabulum conspirantes, quis in celum uenientes inexaminatas attenteret explodere? Cum per eas in terras nos certum sit demicare. Post has uero astabit decens illa sydereis fulguransq; luminiibus, que epis stolaris tua, ex dicta est, ex probata. Huic semper pater tuas assereris credidisse manubias, ac trisulce lucis commississe fulgorem, que uias, uestigia, aduentum, exitusq; igniuagæ denuntiatiōis agnoscit. Huic igitur foemina colloquium denegamus: per quam edictorum tuorum admonitus mortalibus innotescunt. Cur igitur pater optime remoraris, ex intromittere, eas alacer ex probare.

Postquam hec Latoius dixit, Iupiter Harmoniem uire, quam suggestum est, Mercurialium solam superefse præcepit. Tuncq; alias in ordinem continuari. Hic

LXXXI

Luna iam gemina emensi diei portione commonita. Ingressuram, inquit, mox foemina possum explorare uobiscum. Ceterum propinquante uesterā, confinijs que noctis consequentibus tempora impartire non possum. Quippe plaustrum mihi, Taurusq; ac mūdane discurcionis itiner subeundum, nec ex terrarum me auscultare commentis stelligeri raptus meta permittit. Et fanteor, uellem, si quam examinationem Virginum prorogaret auctoritas, ipsa quoq; tam praecluis eruditionis asserta cognoscere, praesertimq; cū perendimatio rationabiliter expectatur, ne lassata cognoscentis curæ fatigatio fastidia omnem docte intimationis excursionem graduata laboribus intentionis excludant. Et illa expectandæ cognitionis, approbandæq; subtilitatis in odium noscendorum obtusa multiplice prolixitate uertatur. Aequius igitur duco ampliandam discussionem tantum in ardentem sitim aurium inuidarum. Que cum Luna differeret, omnes certatim assensere diui. Dehincque utrum repensatrix dato, diesq; conferenda Dotis prorogari iure publico poshit, inquiritur. Quo dicto, Arcanus ille priisci iuris assertor magna nepotum obsecratione consulitur, responditq; regulariter etiam matrimonio copulato dotem dicere Foemina uiro nullis legibus prohiberi. Ac tunc Iupiter periti patris eruditione commonitus. Habeo inquit, mea pignora gratulandum. Quod fas afferit, quicquid uos uelle cognoui. Neq; enim fastuosa rigidus elatione defugiam, aut uestrum crebrius accelebrare eocilium, aut doctorum uirginum examinare sollertia de sidis ignauie disimulatione piguerit, praesertim cum terris indecenter expulsas Solis oporteat adhaerere syderiz 3 bus.

bus. Nunc igitur præcellentissimam Fœminarum Harmoniam, quæ Mercurialium sola superst, audiamus. Hæc quippe & superum curas præ cunctis poterit permulcre aethera cantibus, numerisq; letificans, ex nostra tantummodo cupid celebrare palatia exosa terrigenæ stoliditatis ignauiam. Quam melicorum indocilis auget sine fine mortalitas. Deniq; iam pridem homines, dirutaq; gymnasia, abscedens orbe, terrisq; damnauit. Ac uix Cylenide indagantis excursibus nunc comprehensa post longæ occultationis obliuia de fuga reuocatur, reduciturq; latibulis. Hanc igitur repertam post secula numerosa, ex tadem in usum melicum, carmen que reuocatam tam uolupe est, quam conductit audire. Ceteræ uero cruditionis doctissime, sacraq; Germanæ. Cum renouata lux fuerit, intromisse intentionis curæ examine probabuntur.

His orsis Iouialibus Phœbus admonitus Virginē sibi prorsus accōmodā admissurus egreditur. Verum Paphia remeatis filiæ gratulatiōe cōcussa, annuit puero præcīme re nuptiale carmē. Itaq; Hymeneus alacri tandem uigore luminatus, nec ipsa iam renuente Tritonide, sic cœpit.

Aurea flammigerum cum Luna subegerit orbem,

Rosis iugabo lilia.

Virgo deusq; sacro sociabunt fœdera lecto,

Fulcris parate cinnama.

Hesperus intactam seruet licet usq; pueram,

Nuptam uidebis Phosphore.

Nec matris lachrymæ, pressi nec uiribus ungues

Nexus ualebunt rumpere.

Ne

Ne thalamos metua, cris hoc, quod Iuno tonanti est,
 Que nunc sorore dulcior,
 Si placuit docti sollertia sacra mariti:
 Magis placebunt oscula.
 Aurora exoriens roscis spectabit ocellis
 Floris resecti præmia.
 Ipse ego psallentem spculabor luce puellam
 Sese occulentem uisibus.
 Conscia iam Veneris noua serta parate Napæe.
 Crocumq; lecto spargite.
 Inq; thorum uiolas certatim fundite conchis,
 Puluinar album comite.
 Crimale spicum pharetris deprime Cupido
 Libens capillum soluere
 Flammae uirgineum, que obnubere sueta pudorem
 Regima deme pronuba.
 Te blandum teneri, que conscia sola doloris
 Venus decens solabitur:
 Que nunc dura nouo nescis committere amori
 Parabit illa pectora.
 Tu modò que mundo oculos delecta decoros
 Reconde mentis intimo.
 Doctiloquum charis iuuenem complexa lacertis
 Fœcunda redde pignora.

His Hymenæo diutius uelut fescennina quadâ licen-
 tia personante, geminanteq; crebrius placuisse ra-
 tus maxima circumstantium multitudo Tritonidem, Dio-
 nemque comitata digreditur, et ad nos reductæ tandem
 Virginis studio properanter cōcurruntur. Verū tam puel-

larum, quæ deas dominæ consecute ponè forte constite-
rant, quām Heroum populus qui iusssus aduenerat, prope
rabant. Ille ut psallendi materiem discerent. Hi ut sacri
uultus memoriam recenserent. Nec mora, ex ecce quædā
suauitas intentata, Aulicæ que dulcedimis cantus info-
nuit, ac melodie ultra cuncta rerum oblectamina recinē-
tes, aditum mirantiū compleuere diuīum. Non enim sim-
plex quidam ex unius materia timinitibus modulatus, sed
omnium organicarum uocum consociata permixtio quā-
dam plenitudinem cunctimæ uoluptatis admisit. Quo
canore diutius circumstantium pectora deorumq; mul-
cente. Ille egressorum paulo ante turbæ aduentum Vir-
ginis præeentes, ac tanti comitatus præambulare uisun-
tur. Sed non casse dulcedimis, nec sine aliquo sonori mo-
dulaminis argumento, aut opere reuertuntur. Nam Era-
time Cypridis filia, ex hymeros Cupidinis affecutor. Item
Terpsiche famulitio Dione concinente gratissimè intra-
uere primum. Sed puer monaliter sonabat. Post hos psal-
lentes Pyro, Voluptas ex Gratiæ admixtis lyræ uocibus,
atq; ipse harmonicis dissultantes motibus aduenere
dextra, leuaq;. Interea præcedebat numerus Heroum cri-
nitorumq; sapientum, qui omnes modulatione quidem
leni, paruaq; uoce qualibet dulcedine murmurantes. Sed
alijs laudes deorum, hymnosq; quamplurimi. Alij musicos
tonos quos modo compererant, retexebant. Verum per
medium quidam agrestes, canoriq; Semidei, quorum hir-
cipedem Pandura, Syluarum harundinis enodis fistula si-
bilatrix, Rurestris Faunū tibia decuerunt. Verum se-
quens Heroum præclui enituit admiratione conuentus.
Nam Orpheus, Amphion, Arionq; doctissimi aurata
omnes

*omnes testudine consonantes flexaminum pariter reddi
dere concentum.*

Nam Thrax quo duri rumpere regna Herebi,
 Quoq; suam meruit immemor Euridicen,
 Quo cantu stupide tygridis ira ruit,
 Quo fertur rabidas perdomuisse feras,
 Quo uidit rigidas glandibus ire comas,
 Ismaros et sylvas currere monte suas
 Carmine, quo Strymon continuit latices,
 It Tanais uer sis saepe reflatus aquis,
 Quo impune accubuit rictibus agna lupi,
 Et lepus immitti contulit ora cani,
 Hoc nunc permulxit, insonuitq; melo,
 Accumulansq; magis carmina sacra Ioui.
 Amphion rigido in corpore mentis iter,
 Quoq; dedit montes sumere posse animas,
 Quo sensus duris cautibus inseruit,
 Et docuit rupes carmina uelle sequi.
 Nam muros Thebis dulcisonis fidibus
 Praesidiumq; dedit carminis arbitrio.
 Sed nec Arionam marmora surda chelin
 Tempere, extremam cum flagitaret opem:
 Et licet indomiti dira procella noti
 Spumea scynæi uerreret ima maris,
 Delphinas totis sollicitauit aquis,
 Et melicos cantus melica grata tulit.
 O uerè antistans numina magna deum:
 Quæ istorum laudes protulit harmonia:
 Quæ domitat herebum, marmora, saxa, feras,

Hec potuit rupes sensificare tonis.

Post hos honoratior fontigenarum Virginum chorus pegasæ uocis nectare diffuebat, qui Phrygij cuiusdam pubidae cicutis geminatis interstinctus, omnes præcedentium suauium dulcedines anteibat. Tandem inter Phœbum, Pallademque media harmonia sublimis ingreditur. Cuius Sonorum caput aurii coruscantis bracteis combatur. Cæso etiam tenuatoque metallo rigens uestis, ex omnibus ad motum, gressumque rata congruentia, temperatumq; blandis leniter crepitaculis tinniebat. Cuius incessum Mater Paphia, ut eam contigè sequebatur, licet pulchris rosea numeris, ac libratis paſibus mouetur: Vix tamen poterat imitari. Dextra autem quoddam gyris multiplicibus circulatum, ex miris ductibus intertextum uelut clypeum gestabat, quod quidem suis inuenientibus complexionibus modulatum ex illis fidibus circulatis, omnium modorum concinentiam personabat. Laua autem Virginis quam plures ex auro assimilatae, paruaeque effigies theatralium uoluptatum, religataeque pendebant. Verum ille orbis non chelis, nec barbiton, nec tetrachordon apparebat. Sed ignota reconditas omnium melodias transcenderat organorum. Denique mox ingressa, atque eiusdem orbis sonuere concentus, cuncta illa que dissona suauitas commendarat, uelut mutescientia tacuerunt. Ipsęq; tunc Iupiter, cælestesque diui superioris melodiae agnita granditate, que in honorem cuiusdam ignis archani ac flammæ insapibilis fundebatur, reveriti intimum, partiumq;

tiūq; carmen paululum in uenerationem extramunda-
næ omnes intelligentia surrexerunt. Tunc Egerimion in
effabile uirgo concludens ad Iouē reuersa, alijs modulis,
numerisq; uoce etiam associata sic cœpit.

Te nunc astrisonum carmine Iupiter,
Quo gemmata poli uoluere sydera
Sueuit lege rata sacra recursio.
Præfundum ueneror quippe potissimo
Nectis sceptris ero sub diademeate
Omnigenum genitor regna mouens deum,
Mundum perpetuo dum rotat ambitu
Mens, quam sydereo sufficis impete:
Te nam flammigeri semina fomitis
Spargentem referunt astra micantia:
Te soueant sacro munere lumina:
Terris purpureum dum renouant Iubar
Testata ambrosium splendificat diem:
Sic tua noctis honos lampade menstrua
Auratis creuit præmia cornibus:
Sub te palustri lucas lumenat ignibus
Anguis Parrhasias dissiens feras,
Sic solidi tenerum corporis ambitum
Tellus non prohibens axibus inditur:
Alternisque regit, & regitur polis.
Sic Nerea freti noscere limitem,
Sicque ignem superum lambere pabula,
Ut nullis careant dissona litibus:
Atque ita perpes ament disita uinculum,

Vt semper metuant foedifragum chaus
 Tu rector superum, tu pater optimus:
 Complexuque pio sydera colligans:
 Natos perpetuo corpore uiuidas:
 Salue nostra cui perficitur chelis:
 Bis plenum omnisona cui recinunt mela,

Iam uos uerenda quo so celi germina:
 Que multiforme scitis cire barbiton:
 Affata nostris fertे corda cantibus:
 Miscilla sacra dum feruntur curiae.
 Mulcere uestrum quae uelim consortium,
 Iam uos uicissim proque lege numinum,
 Post has sonabit disaggregato plasmate:
 Suisque cunctos allubescentes tonis
 Deducet, urget, atque debebit locis
 Stimulosq; rursum lene permulcat melos.

Nunc igitur alma, que Senatum lumina
 Deum uerendo culmatis uertice,
 Bißena quamuis uos hetrusci numina
 Ritus frequentent, atq; opiment uictimis
 Tamen gemellis, que refulget cursibus
 Natura honoro protulit fastigio
 Phoebea uero preferens uocabula
 Pallas corusca ac decens Latoia.
 Lunare quippe hac uenit consortium
 Phætontos ardens scandet axem Delius:
 Nunc uos pudici nostra fratres culmina
 Precabor ipsa, ne uerendos contrahant
 Vultus iugandis que ferendis carmina:
 Hymenq; nostrum inuebat fastidium

Psallente

*Psallente plectro concinentur nuptiae:
Fidibusq; lux fescennina proderit.*

*Iam nunc blanda melos carpe Dione,
Durus quippe rigor cedit amori.*

*Nouit nam tenerum promere carmen
Ipsum spumigenæ salum Cytheres:
Nerinaque chelis mouet camœnam:
Dum conchis Galathæa personante:
Nantes fluctigenas chorumq; phorei
Flagrans cura trahit, niualibusq;
Interstinctus aquis triumphat ardor.*

*Iam nunc blanda melos carpe Dione,
Durus quippe rigor cedit amori.*

*Carmen menalie tulere pinus:
Percussaque modis sonat licæis
Sollers Archadia nemus cicuta
Pernix semiferi puella panos.
Nam uerfa in calamos sonat loquaces:
Quam dum fortè Deus premit labellis,
Susppirat nelut oculis canorem.*

*Iam nunc blanda melos earpe Dione,
Durus quippe rigor cedit amori.*

*Puer ipse uersiformis
Facibus studet cupido:
Arcusque dulcinerues
Rosco ligans ramali
Feriato linquit arcu
Calamos parante mufa
In carminis leporem*

Curam

*Curam negat sagittis:
Tenerum'que arundinetum
Nostrum in melos reliquit.
Nunc ergo corda mulcent
Vapor & canor iugati,
Placet ac decet uicissim
Cantemus, atque amemus.*

Iam nunc blanda melos carpe Dione.

Durus quipue rigor cedit amori.

*Prudens puella pulchra
Mater fuit lacenæ
Illecta sed canore:
Nescit dolum cauere:
Nam candidus niuosis
Olor inuolutus alis
Argenteis minorem
Plumis uidens decorem,
Nec posse purpuratis
 Nimium placere ocellis
Teneros ciere cantus:
Phætoniasque musas
Cœpit repente ficta
Fraudem parans senecta.
Sic admouetur ori.
Roscum'que circumactæ
Rapit osculum puellæ:
Gremio'que complicatus
Precium tulit pudoris.*

*Iam nunc blanda melos carpe Dione,
Durus quippe rigor cedit Amori.*

Carmen

Carmen Lamiadeum

Lucis diua secundæ
 Sacris prætulit astris.
 Antrum quippe secura
 Linquens culmina cœli
 Pastoralibus ardens
 Palmam dedit cicutis:
 Pulso & luminis auro
 Pandit septa balatum,
 Sordentique adoperta
 Pratis gaudet amictu.
 Ac tunc conscia noctu.
 Pascit monte capellas
 Spectans sydera mundi
 Mage percrepat flagello.
 Nec curare deorum
 Pensa aut ferre susurros
 Illex carminis ampli
 Aegrum cura coëgit,
 Temnit noctis horrorem,
 Präfert antra subulci
 Rupe & dura quicscit:
 Et post regna Tonantis
 Stramen dulcissima herba est.

Talibus Harmoniæ carminibus oblectati omnes,
 permulsi que diui. Nec minor quippe ex fidibus suas
 uitas, quam uocis modulamine resultabat. Denique
 qua industria comparatum, quibus ue asequen-
 dum, ediscendum que opibus uigil cura repromit-
 tat, ut in tam dulcem, e blanditam que molliciem inti-

ma

ma mentium liquefacit affectio, Ioue admirante disquiritur. Ac tunc Virgo, cum artis precepta à se expeti examinanda eruditonis intentione conficeret, paulum melicis tēperans exhortante quoq; Delio, Palladeq; sic cœpit. Iam pridem quidem exosa terrigenas et fastidiosa mortalium cœli orbes stellantes incutio. In quibus artis precepta disertare prohibitum. Cum melodiam omnionis conuenientem pulsibus modulorum machinae obeuntis ipsa rapiditas, et concimat, et agnoscat. Sed quoniā emersa terris Virgo nuptura uanescens intercedimatae prolixitatis obliuia iam supero debet uigore discutere, iussa percurram. Si prius ingratæ mortalitatis comoda repediata recensem. Dum me quippe germanam, gemellamq; cœlo illa incogitabilis effigientiae genuisset immensitas, Sydereæ revolutionis excursus, atq; ipsa totius molis uolumina comitata superos, incitosq; fulgora res modis associans numeros non reliqui. Sed cum illa monas intellectualisq; lucis prima formatio animas fontibus emanantes in terrarum habitacula rigaret, moderatrix earum iussa sum demeare. Deniq; numeros cogitabilium motionum, totiusque uolūtatis impulsus ipsa rerum dispensans congruentiam temperabam. Quam rem debere mortalibus uniuersis Theophrastus laborauit. Pythagorei autem docuerunt ferociam animi tibijs, aut fidibus mollientes cum corporibus adhærere nexum foedus animalium Membris quo latentes interserere numeros non contempsi. Hoc etiam Aristoxenus, Pythagoras' que testatur. Deniq; benignitate largissima sensim ipsam notiō nem mea obiectationis aperui. Nam fides apud Delphos per Deliacam cytharam demonstravi Tibi per Tritonidam

nidan nostri comitem: Marsiam que Lydium sonuerunt.
 Calamos Mariandini et Aones in laudes inflauere celestium. Panduram Aegyptios attentare permisi. Ipsis que me pastoralibus fistulis, uel cantus auium, uel arborum crepitus, uel susurros fluminum imitantibus non negauit. Spaltas chordacistas, Sambucos, Hydraulas per totum orbem ad commodum humanae utilitatis inueni. Per me quippe uestrū homines illexere succursum. Irasq; inferas per me euā sedauere. Quid, quod bella, uictorie que undiq; meis cantibus conquisitae. Nam Cretes ad Cytharam dimicabant. Lacedæmoni ad tibias. Nec aggrediebantur fata præliorum, priusquam illis contingeret litare Musis. Quid Amazones? nonne ad calamos arma tractabant? Quorum una, que concipiendi studio uenerat, cum Alexandrum salutaret, donata tibicime, ut magno munere gratulata discessit. Lacedæmonios in Græcia, In Italia Tibaritas tibicimes ad prælia præire quis nesciat? Tubas non solum Sonipedes atque bella. Sed agonas acuere certamenque membrorum nunc quoque compertum. Quid pacis munia. Nonne nostris cantibus celebrata? Græcarū quippe urbium multæ ad lyram leges, decretæ que publica recitabant. Perturbationibus animorum corporeisq; morbis medicabile crebrius carmen insonui: Nam freneti eos Symphonia resanauit. Quid Asclepiades quoq; medicus imitatus, Cum consulentibus urbium patribus plebis inconditæ uulgas infremeret, Seditiones accensas crebrior cantus inhibuit. Ebrios iuuenes, perinde que improbus petulantes Damon unus est sectatoribus meis modulorum grauitate perdomuit. Quippe tibicinem spondacum canere iubens, temulenta perturbationis demen-

tiam infregit. Quid afflictionibus corporeis, non
ne assidua meditatione succurri? Febrem curabant,
vulnera que ueteres cantione. Asclepiades item tu-
ba surdissimis medebatur. Ad affectiones animi tibias
Theophrastus adhibebat. Ischiadas quis nesciat ex-
pelli aulica suavitate? Xenocrates organicis modulis
lymphaticos liberabat. Taletem cretensem cythara
suavitate compertum est morbos, ac pestilentiam fu-
gauisse. Ierophilus egrorum uenas rhythmorum col-
locatione pensabat. Animalium uero sensus meis can-
tibus incunctanter adduci saltem Thracius cytharista
perdocuit. In quo non fabula, sed ueritas gloriam
procreauit. Vnde enim cerui fistulis capiuntur. Pi-
sces in stagno Alexandriae crepitu detimentur. Cy-
gnos hyperboreos cythare cantus adducit. Elephan-
tes indicos organica permulso detineri uoce com-
pertum. Fistulis aues allici comprobatum. Infanti-
bus crepitacula uagitus abrumpere. Fides delphinis
amicitiam hominum persuasere. Quid cantibus alli-
ci disrumpi que serpentes? Glandem ferunt meses que
transire, manes cieri, lunam que laborare. Nonne
ipsius uetustatis persuasione compertum? In Lydia
nympharum insulas dici: quas etiam recentior afe-
rentium Varro se uidisse testatur. Que in medium
stagnum à continentis procedentes cantu tibiarum pri-
mo in circulum motæ, Dehinc ad littora reuer-
tuntur. In Attico littore mare cytharam sonat.
Megaris saxum ad ictum pulsus cuiuscunque fidi-
cimat. Possem innumera mortalibus à me colle-
ta percurrere, ut non me terras fugiendi studio
reliquisse.

reliquisse, sed ingratæ humanitatis ignauiam uideri iure damnasse. Sed iam ad artis præcepta desiliam, ut nuptura uirgini promissum munus impendam.

Quid sit officium Musicæ.

ET quoniam officium meum est bene modulandi Solerteria, quæ rhythmicis & melicis abstractionibus continetur, prius de melicis disertabo. Dico quicquid ritè sonuerit, aut Tonum esse, aut Hemitonium, aut quartam partem toni, quæ Diesis appellatur. Verum Tonus est spacium cum legitima quantitate, qui ex duobus sonis diuersis inter se inuicem continetur. Hemitonium dicitur, quod toni medium tenet. Diesis uero distantiæ sunt tres. Nam prima breuior, quæ tetartemoria nominatur, ex eo, quod quartam partem toni recipiat. Enarmonios quoq; dicitur, propterea quod Enarmoniū modulandi genus per hanc maximè dimetimur. Secunda ab illa maior est. Nam tritemoria nominatur, quoniam habet partem tertiam toni. Item quæ Cromatice appellatur, quod cromaticum modulandi genus per ipsam finditur. Tertia uero habet toni tertiam partem, ac dimidiā tertie, & uocatur hemiola & harmonia diuisio, quoniam hemiolij modum complet.

De Tropis.

Tonus igitur idem plerunq; appellatur & sonus. Verum soni sunt per singulos quosque, ac per omnes tropos numero. xvii. Quorum primus dicitur apud Grecos πρῶτος λαχεβαὶ μύλος. Apud Romanos,

uerò, quia eadem uoce uti summus iuppiter statuit: idem dicitur acquisitus. Secundus ὑπάτη ὑπατῶμ, hoc est principalis principalium. Tertius πρώτης ὑπατῶμ, id est subprincipalis principalium. Quartus ὑπατῶμ διατονος, id est principalium extenta. Quintus υπάτη μεσωμ: id est principalis mediарum. Sextus autem παραπάτη μεσωμ, quod est subprincipalis mediарum. Septimus μεσωμ διατονος, id est, mediарum extensa. Octauus μεσωμ hoc est media. Nonus τρίτη συνέγενυμδίωμ, id est tertia coniunctarum. Decimus συνέγενυμένου διατονος, hoc est coniunctarum. Undecimus νητη συνέγενυμένου, i. ultima coniunctarum. Duodecimus παρασεπον, id est prope mediane. Tertius decimus τρίτη διεγενυμένου διατονος, quod est diuisarum extensa. Quintus decimus νητη διεγενυμένου, id est ultima diuisarum. Sextus decimus τρίτη ὑπόβολεωμ, id est, tertia excellentium. Decimus septimus ὑπόβολεωμ διατονος, hoc est, excellentium extensa. Decimus octauus νητη υπόβολεωμ, id est ultima excellentium. Hi sunt igitur soni, qui modulationem aptè, et cum ratione componunt. Constat autem omnis modulatio ex granitate soni, uel acumine. Grauitas dicitur, quæmodi quadam emissione mollescit. Acumen uerò, quod in aciem tenuatam graciis et recte modulationis extenditur.

De symphonijis.

Ex supradictis itaq; sonis, qui ex singulis ex omniibus tropis ritè conueniunt, Symphonie tres, quarum est prima διατεστέρωμ, quæ latine appellatur ex quatuor.

quatuor. Et recipit sonos quatuor, spacia tria, productiones duas ex dimidiam. Soni enim duo tonum faciunt. Nam sonum, id est, tonum productionem vocavi. Est autem hemitoniorum quinque, quae ad productiones plenas et integras mediatenus ualent, diecon decem. Diesis uero interpretatio est, sicut supra dixi quarta pars toni. Sed haec symphonie est in epitriti ratione. Epitritus autem dicitur, qui ex numerum ternarium habet: et trium tertiam, quod est unus, ut sunt. iiiij. ad. iiij. Alia Symphonie quimaria est, et dicitur Διατετρα, atque constat sonis quinque, qui inter se. iiiij. spacijs diuiduntur. Productiones habet. iiij. mediumque praecedit, hoc est tonos tres, ac medium. Hemitonia septem. Diesisque. xiiij. atque hemiolij possidet rationem. Que forma et eundem numerum circa collata detinet, et eius medium, ut sunt, iij. ad duos. Tertia Διαπάσωμη quae ex omnibus dicitur viij. sonos recipit, spacia septem, productiones sex, hemitonias, xij. Diesis xxiiij. atque constat ex ratione diplasia, hoc est dupli. Tropi uero sunt. xv. sed principales quinque, quibus bini coharent, id est, Lydius cui adhaerent Υπέλυσιος, et Υπολύδιος. Secundus Iastius, cui sociatur υποίασιος et υπερίασιος. Item Acolius, cum υποσίολιον et υπερσίολιον. Quartus phrygicus cum duobus υποφρυγiis et υπερφρυgii. Quintus dorius cum υποδοξiis et υπερδοξiis. Verum inter hos tropos est quedam amica concordia, quae sibi iniucem germani sunt, ut inter υποδοξioum et υπερφρυgium: et item inter υποιασioum et υπολύδioum. Item conueniens aptaque responsio inter υπερφρygioum, et υποσιολioum, qui tantum duplices copulantur. Medicis uero grauiorum troporum, his.

qui acutiores sunt, προσλαμβανούσινται sunt: uerū tripi singuli quoq; tetrachorda faciunt quina. Tetrachordum autem est affectio quedam sonorum. iij, per ordinem compositionis, quorum extremi sibi debeant conuenire. Sed hæc posterius. Nunc ad inchoamentorum ratum ordinem redeamus. Prædicta enim ideo primo dicta sunt, ut altius tenerentur.

De tribus generibus Musicae.

PRIMO quippe cū Hypasius exorsus harmonia moratibus diuulgaret, Tria tantum ei genera putabantur. ὁδικόν, υποργασίκόν, ἔφεντελτικόν, quod etiam ἐρμηνετικόν dicitur. Et ὁδικόν est quod ex perseverantibus, & similibus consonabat, id est sono, numeris, atque uerbis. Sed quæ ex his ad melos pertinent, harmonica dicuntur, quæ ad numeros rhythmica: quæ ad uerba metrica. Υποργασίκόν est quidam materia tractus efficiens exercitium eius, cuius itidem tres partes, id est, μελοποία, λίξις, πλοκή. ἔφεντελτικόν autem ad expositionem pertinere uidetur, & habet partes tres, ὁργανικόν, ὁδικόν. Υποργέτικόν, que inferius rerum ordo disponet. Nunc de prima uoce uelut de sonitus totius parente dicemus.

De Voce.

OMnis uox in duo genera diuiditur. Continuum, atq; diuisum. Continuum est uelat iuge colloquii. Diuisum quod in modulatione seruamus. Est & medium, quod in utro'que permixtum. ac neque alterius

alterius continuum modum seruat, nec alterius frequen-
ti diuisione præciditur, ut pronunciandi modo carmina
cuncta recitantur. Horum illa, quā in diuisas partes, cer-
tasq; deducimus, diastematica nominatur, et eius parti,
quæ harmonica uocatur, aptanda est.

De Septem partibus Harmoniæ.

Que quidem Harmonica habet partes disputatio-
nis septem. Primam de Sonis. Secundam de Spacijs.
Tertiam de Systematis. Quartam de Gene-
re. Quintam de Tonis. Sextam de Commutationibus.
Septimam de Modulatiōe, quam Melopœiam uocamus.
Ac prius de Sonis, ubi artis est elementum.

De Sonis.

Sonus quippe tanti apud nos loci est, quanti in geo-
metricis signum. In Arithmeticis singulum. Phthon-
gos sonos dicimus. Verum phthongus dicitur uocis mo-
dulatæ particula una intensione producta. Est autem in-
tensio, quam dicimus Tasim, in qua uox persistit, ac per-
seuerat. Sonus phthongus, uel spaciū, uel generatim ap-
pellatur. Sed generale uocabulum habent et specialia,
que id iō̄tūrā graia uoce perhibentur. Ut si quemadmo-
dum nobis scribendum sit, cogitemus. Ita hæc uirtus
phthongi docet, quid uel acuminis exeramus, uel lenius
remittamus. Verum ex his alia faciunt, alia patiuntur.
Faciunt intensio, uel remissio. Patiuntur acumen et gra-
uitas. Productio autem est, hoc est, ἐπίτασις, uocis

commotio à loco grauiore in acutum locum, àrēoris uero
contra. Nam ab acuminis culmine in graue quiddam, se-
riumque descendit. Est autem soni grauitas, cum ex inti-
mo quidam spiritus trahitur. Acumen uero ex superficie
oris emititur. Sunt igitur innumerabiles soni, sed specia
liter per singulos Tropos. xxvij. tantum poterunt con-
uenire, quorum nomina superius memorau. Quorum
prior est acquisitus, qui ideo tali nomine nuncupatur,
quoniam eorum, quae tetrachorda nominantur, nulli o-
mnino consentit. Sed extrinseco uelut acquisitus accedit
propter consortium mediae, cui concinere consuevit, qui
acquisitus uno tono, à principali principalium separa-
tur, quae principalis principalium, quia prima in tetra-
chordo collocatur, quasi cuiusdam rectoris nomen acce-
pit. Subprincipalis denique dicitur, quae principali sub-
iecta coniungitur. Principalium uero èrēquòrios, et χρω
ματίνιος, quam nos uix forsan rectè colorabilem memo-
ramus. Et ideo hoc nomen accepit, quia inter principa-
les colores album, tetrumque quicquid interiacens inue-
nitur, colorabile graia significatione perhibetur. Ergo
enarmonius, chromaticus. Itemque diatonus, quā exten-
tam dicimus, indicia sunt generum modulādi. Multiplex
quippe tetrachordorum ratio sic firmatur. Principalis
autem mediarum, quia prima est medi⁹ tetrachordi, ideo
id nomen accepit. Cui subnexa subprincipalis mediarum
esse dicitur. Denīque reliqua tres sui similibus obedient.
Dictum uero hoc tetrachordorum mediarum, quia in
medio locatum est inter principalium tetrachordum et
tetrachordum coniunctarum. Post supradictas autē que
sequitur, media nominatur, que ideo media dicitur,
quia

quia tam grauis modi finis est, quam in tropis o=mnibus futuri acuminis caput. Atque ipsius quodammodo uinculo tam grauis modulatio, quam acuta conne^ctatur, ut in Lydio modo, ubi rectum Iota est. Verum post medianam extendentem hemitonum coniunctas rum erit tertia, que in eodem modo, id est, Lydio literam pro nota habebit. Post hanc illae, que à nobis superius expressæ sunt, Tres sequentur evaginatos ωντικούς, et οὐστούς, que ex παρεκτή dicitur, quā Latinè penè ultimam perhibemus. Postquam ultima sonciatur, que ideo dicta est coniunctarum ultima, quia in hoc tetrachordo finem tenet. Omne autem tetrachordum coniunctarum ideo dictum, quia media ipsi, que perfectam Symphoniam prima compleuit, adiungitur, ac producente media sequentem tonum. Ille, qui sequitur Sonus παρεκτή nominatur, quod hunc sat proximum sonum adiuncte modulationis offendat. Dehinc diuisarum Octava, quæ plenum Systema Diapason finit. Vnde diuisarum tertia perhibetur. Post hanc soni ceteri consequuntur. Sonus uero diuisarum ideo hoc nomen accepit, quia uno ex dimidio tonos à medijs fine diuellitur. Post hoc tetrachordum excellentiū collocatur. Quod ideo excellens nomen accepit, quia in singulis tropis in omne acumen erigitur. In singulis modulationibus fastigiatur. Horum igitur sonorum, id est, phihongon sunt. Alij, quos consistere, ex perseverare necesse est. Alij uero sunt uagi. Denique alijs βαρύπυκοι nominantur. Alij μεσοπυκοι perhibentur. Spissum uero dicitur trium sonorum compositua quedam qualitas. βαρύ-

πυκνοί autem sunt, qui uelut regiones primas spissi
 retentant: μεσοπυκνοί uero qui media possidet. οὐ=
 πυκνοί qui ultima tenent ἀπυκνούς, qui impositio=
 nem sonorum trium, qui sunt spissi, nullo genere
 aut lege iunguntur. Stantes autem perseverantesque
 dicuntur, uel ἀπυκνοί, uel βαρύπυκνοί, qui ueluti
 quandam speciem et formam sibi principalium in=
 dicabunt. Ideo à quibusdam Statarij nominantur,
 quia diuersa sextentiones recipere non possunt. Alij
 autem uagi, et errantes habentur, quia interdum
 largiora, interdum minora spacia receperunt. Sed hi
 alijs περιπτετοίσις, alijs λίξανθοίσις vocantur. Ve=rum
 primi ion sic dicuntur, quod βατιμ prioribus
 subnectuntur. λίξανθοίσις dicuntur, à dito, quos
 Minister artis ad cantus singulos mouet. Est autem
 primus à pollice. Hi uero alijs sibi inuicem congruunt:
 alijs discrepant, et resultant. Sed illi διέφοροι, quia
 sibi inuicem coniunguntur. διέφοροι autem, id est,
 dissentientes sunt. Qui cum percussi fuerint, inui=
 cem discrepant, διέφοροι qui vocis quidem alias si=gnificationem gerunt. Eundem tamen impetum ser=uant. Sunt autem ex alie sonorum diuerfitates. Et
 prima quidem per inuenzionem. Ut aut acumine, aut
 grauitate dissentiat. Secunda per spaciiorum prece=ptionem. Cum uni, aut pluribus coniungitur spacijs. Tertia per coniunctionem Systematis, quod aut unum, aut plura recipit. Et quod secundum morem dicitur
 κορτέλος. Alium quippe morem acuta significant, aliud
 grauiora. Nunc iam de Diastematis differendum.

Quid

Quid sit Diaistema.

Diaistema est uocis spacium, quo acuta ex gravior includitur. Sed in Diaistema alia breuiora, illa que sunt in Diesi Enarmonia. Maiora uero sunt, que per singulos tropos bis ex omnibus faciunt, quo nihil maius in tropis possumus inuenire. Atque in spacijs alia sunt composita, alia disiuncta, atque Asyntheta. Et composita sunt, que per ordinem currunt, Incomposita autem, que ex diuersis sibi inuicem copulantur. Item alia logica, alia aloga memorantur. Ac rationabilia illa sunt, quorum consensus possumus prestare rationem. Irrationabilia, quibus non subest ratio. Item alia conibentia, alia discrepantia. Tunc que alia Enarmonia: alia Chromatica, Alia Diatonica. Item alia Archia, Alia Perissa. Sed prima equalia, secunda ex currentia memorabo. Verum inequalia sunt, que in equas partes poterunt separari, ut tonus in duo hemitonias. Perissa autem, que in tria hemitonias discruntur. Deinde alia diaistema spissa, Alia rariora. Spissa sunt, que per diesis colliguntur. Rariora, que tonis, ex in his alia sibi congruunt, alia discrepant. Sed discrepantium nimia multitudo. Conuenientia uero per singulos tropos sex sunt, id est, Diatessaron, quod est de . iiiij. dicimus. Diapente, quod de quinque. Dectime Diapason quod ex omnibus continetur. Illud etiam, quod ex omnibus ex . iiiij. constat: uel ex omnibus, ex quinque, uel bis ex omnibus, quod bis Diapason dicitur. Sed illud, quod Diatessaron, hoc est, ex . iiiij. dicitur, recipit sonos . iiiij. spacio, . iiiij. tonos.

ijj. tonos. ij. ex semis. Hemitonia qnq; Diesis uero decē, ex est in Epitriti ratione, ut sunt. iij. ad. ij. Diapente, quod ex quinque est, sonos recipit. v. spacia. iij. tonos. iij. ex semis: hemitonias. viij. Diesis bis septem. Et est in hemiola ratione quod. iij. ad. ij. Diapason autem sonos habet. viij. spacia. viij. tonos. vij. hemitonias duplicat. Diesis quadruplicat, atque in diplasia ratione uersatur, que est. j. ad. ij. Quod uero ex omnibus, ex ex quatuor dicitur Sonorum est. x. spaciiorum, x. tonos habet. viij. ex semis, hemitonias duplicat. Diesisq; predicta ratione multiplicat, ex est in diplasi, ex diametri regula: ut sunt viij. ad. iij. Quod uero ex omnibus, ex ex quinque constat, recipit sonos. xij. spacia. xij. tonos. ix. ex semis: hemitonias geminantur, diesis tetraplatur. Est in triplasia ratione, ut quatuor ad. xij. Quod dis, Diapason dicitur, habet sonos xv. spacia bis septena, tonos. x. ac. ij. hemitonias duplicata, diesis. xlviij. atque in tetraplasi ratione, ut sunt. xij. ad. iij. Est autem tonus in Epogdoti ratione, ubique diesim in enarmonio debemus accipere, que est in quarta particulatione. Nunc quid sit Systema perhibendum.

Quid sit Systema.

Systema est magnitudo uocis ex multis modis consistans, que licet multa divisionum genera recipiat, tamen quia eadem in diastemate memorauit, pretereo. Sunt autem absoluta ex perfecta Systemata numero octo. Et primum est, quod ab acquisito, quem græcè πόδες λαμβανόμενος dicimus ad medium, quem mesen diximus, omne conficitur. Secundum, quod

quod à principali principalium in parmeson usque distenditur. Tertiū, quod à subprincipali principaliū indiuisarum tertium iungitur. Quartum, quod ab extēta principalium usq; indiuisarum diatonum profertur. Quintum quod à principali mediarum in netem diuisearum usq; progreditur. Sextum quod à subprincipali mediarum in tertiam excellentium trahitur. Septimum quod à mediarum extenta in excellentium diatonon exurgit. Octauum quod à media excellentium in ultimum ducatur.

De Generibus Tetrachordorum.

Quibus excursis Genera Tetrachordorum modulandiq; discurrant. Tetrachordos est chordarum, cum certa qualitate diuisio. Genera modulandi sunt tria, ἐναρμόνιον, χρώμα, διατονον. Enarmonion quidem dicitur, quod pluribus spacijs ex angustioribus separatur. Diatonon uero, quod tonis copiosum. Chroma, quod de hemitonij componitur. Si- cut enim quod inter album, nigrumq; est, color diciatur: ita chroma, quia inter utrumque est, nomina- tur. Enarmonion quidem, cum immutabilibus sonis cingitur, modulationi obedient in acumen per diesim ex diatonon incompositum. In grauem uero sonum à con- trario modulatio tota sumitur. Chroma autem hoc modo melos accipit per hemitonium ex hemitonium, ex tria hemitonias, que incomposita prouenient. In grauem uero ex diuerso recurret. Ad uero Diatonum ipsis contentum sonis in acumen quidem ita accipiet mo- dulationem, ut per hemitonium ex tonum, ex tonum modum.

modum integrum compleat. At uero grauiorem per con-
trarium ordinem persequetur. Sed nunc maximè diato-
no utimur: sed horum alia modulanur per Agogen, alia
per Plocen. Per Agogen est, cum per ordinem sonus se-
quitur. Pioce autem dicitur, cum diuersa sociamus. Ex-
hinc in modulando, alia Euthia dicitur, quod est recta, alia
anacamptos, quod est reuertens, alia periferes, hoc est,
circunseans. Euthia est, quæ à graui in acumen erigitur.
Anacamptos, quæ econtrario deficit. Periferes, quæ ad
utranque aut commodatur, aut seruit. Sed cum teta-
chordorum, quos quadridos appellamus, diuisiones in-
numerabiles sint, sex sunt notæ: Euromania una, Chro-
matis tres, quarum prima, quæ mollis ac soluta: secunda,
quæ hemiola est, tertia, quæ est Tonia. Diatonice dues,
una mollis, altera robusta. Et modos quidem accipit
Enarmonia à Tetartemoria, diesi, id est, toni parte qua-
ta. In illud uero, quod mollius diximus, per tritemo-
riam diesis copulatur. Ipsum uero Chroma Hemiolion
fit ab Hemiolia diesi, quæ fit, enarmonia. Sed nunc de
Tonis.

De Tonis.

Tonus est spacijs magnitudo, qui ideo tonus dictus
est, quia per hoc spaciū ante omnes prima uox,
quæ fuerit, extenditur: hoc est, de nota qualibet in no-
tam, ut à media in Paramesen, ut est in Lydio, si à lo-
ta directo in summam iacens signa concurrant. Verum
quia hemitonias, diesis que quid uel quanta, quales ue-
sint, docui, Troporum etiam nomina, numerum que mon-
straui: nunc de tetrachordis eloquamur: Nam singuli
quinq;

quimque tropi tetrachorda quima custodiunt, sicut superius quoque notaui. Verum horum extremos sibi aptandos esse non dubium est. Tetrachordum quippe est quatuor sonorum in ordine positorum congruens, fidaque concordia. Sunt autem tetrachorda, principalium, mediarum, coniunctarum, separatarum, excellentium. Et primum tetrachordum, quod est grauius, incipit a principali principalium, et definit in principalem mediarum. Verum principalium et mediarum conexum, quod coniunctarum uocatur, erit tetrachordum a media in netem coniunctarum. Atque ab his diuisum, longe que discretum, quod est quartum diuisarum a submedia in netem separatarum usque coniungitur. Quod autem ex diuersis coniunctum est, in acutorem sonum, et quintum excellentium profertur. Sed de tetrachordis scitis dictum. Nunc de pentachordis uideamus.

De Pentachordis.

AC similiter haec quoque et quinque esse non dubium est. Primum igitur, quod est grauius principalium esse dicimus, quod incipit ab acquisito, et in principali mediarum terminatur. Sequens in acumen eiusmodi est. Et constat a principalium extenta, in mediarum illam, quae in Lydio Iota rectum habet. Tertium autem coniunctarum est, quod a mediarum extenta in ultimam coniunctarum dicitur. Quarum uero, quod per diuisionem est a media in tertiam diuisarum connecti solet. Quintum in acumen exigitur, atque nete excellentium terminatur. Hac quae dixi, artis nostrae

nostra doctissimis approbantur. Nam non solum nescia
eſſerere quedam tetrachorda ab hemitonij initia poſſe
ſortiri, quod eſt in modulatione diatonica ſitum: de qua
superius multa dixi. Sanè notum atque intimatum uelim,
acquifitum in omnibus quidem alijs collocari. In his au-
tem, que non per ſonos fiunt, in tetrachordis fieri non
poſſe. In his enim ſemper ab hemitonij principia dicun-
tur. In alijs autem, que pentachorda nominantur, nec
tam modulationi ſubijciuntur, ut per ſonos conſtarce ui-
deatur, apponitur. Secundum enim in his hemitonij poſ-
fimus ponere. Nunc de transitu modulantium.

De Transitu uocis.

TRANSITUS eſt alienatio uocis in figuram alteram fo-
ni. Fit autem transitus modis quatuor. Per genus
ab enarmonio, aut in chromate, aut in diatono, uel per
ſystema, aut à principali principalium. Si forte in ſub-
principalem, aut in aliud forte ſystematum. Aut cum de
coniunctis ad diuinas tranſitam facimus, uel per tonum.
Cum à Lydio, uel in Phrygiū, uel in alium tropum can-
tilena tranſducitur, uel per modulationem, cum ex alia
ſpecie modulandi in aliam defiliimus. Vel cum à uirili can-
tilena transitus in foemineos modos fit. De genere modu-
landi conſequenter edixeram.

De Modulatione.

MELOPÆDIA eſt habitus modulationis effectæ. Melos
autem eſt actus acuti, aut grauioris ſoni. Modu-
latio

latio est soni multiplicis exprefcio . Melopœiae species sunt tres. Hypatoides, Mesoides, Netoides. Hypatoides est, que appellatur, que per grauiores sonos constat. Mesoides, que λύπαρα ισχυρα nominatur, que tonos æquales, medios que custodit. Netoides, que εγγόνικος consuevit uocari, que plures sonos ex ultimis recipit. Sunt etiam alia distantia, que ex tropica Mela dicuntur. Alia comiologica. Sed haec aptius pro rebus subrogantur, nec suas magis poterunt diuisiones afferre. Haec autem species etiam tropi dicuntur. Differunt autem melopœiae ipsæ modis pluribus inter se et genere, ut alia sitenarmonios, alia chromaticæ, alia diatonos. Specie quoque, quia alia est hypatoides, alia mesoides, alia netoides. Tropis, ut Dorio, Lydio, uel cæteris. Omnis tamen qui melos inchoat præcunctis systema debet aduertere: dehinc sonos miscere atque componere. Haec de septem partibus artis nostræ dixisse sufficiat. Nunc Rhythmos, hoc est, numeros perstringamus, quoniam ipsam quoque nostri portionem esse non dubium est.

Quid sit Rhythmus.

Rhythmus igitur est compositio quædam ex sensibilius collocata temporibus, ad aliquem habitum, ordinemque connexa. Rursum sic diffimitur: Numerus est diuersorum modorum ordinata connexio, tempori pro ratione modulationis inservientes per id, quod aut effera, aut uox fuerit, aut premenda, et qui nos à licentia modulationis ad artem, disciplinamque costringat. Interest tamen inter rhythmum et rhythzomenon. Quippe rhythmus

b b rhythzomenon

thzomenon est materia numerorum. Numerus autem uelut quidam artifex ad species modulationis apponitur. Omnis igitur numerus triplici ratione discernitur. Visu, auditu que, uel tactu. Visu sicut sunt ea, que motu corporis colliguntur. Auditu cum ad iudicium modulationis intendimus. Tactu uero, ut ex digitis uenarum exploramus indicia. Verum nobis attribuitur maximè in auditu, uisuque. Sed rhythzete est ars omnis in numeris, que numeros quosdam propriæ cōversionis accipiat, flexusq; legitimos sortiatur. Est quoq; distantia inter rhythmū, metrumque non parua, sicut posterius memorabo. Sed quia uisus, auditusque numero dicti sunt accedere, hi quoq; in tria itidem genera diuidentur: in corporis motum, in sonorum, modulandi que rationem, atque in uerba, que apta modis ratio colligarit, que cuncta sociata perfectam faciunt cantilenam. Diuiditur sanè numerus in oratione per syllabas. In modulatione per arsim et thesim. In gestu figuris determinatis, schematisque completur.

De septem generibus numerorum.

Verum numeri genera sunt septem. Primum de temporibus. Secundum de enumeratione uerborum, que in numerum cadere non possunt, que rhythmoides, id est, similia numeris iudicantur. Queque tribus uocabulis discernuntur, hoc est, enrhythmon, arhythmon, rhythmoides. Tertium de pedibus. Quartum de eorum genere. Quintum est, quod agogen rhythmicam nominamus, id est, quo genere numerus, modis

dīg; ducantur. Sextū de conuersionibus. Ultimum rhyt= mōpœia, id est, quē admodum procreatio numeri pos= fit effungi.

Quid sit tempus Rhythmicum.

Primum igitur tempus est, quod in morem aethomi nec partes, nec momenta recisionis admittit, ut est in geometricis punctum. In Arithmeticis monas, id est, singularis quædam, a seipso natura contenta. Sed numerus in uerbis per syllabam, in modulatione per sonum aut spaciū, quod fuerit singulare. In gestu incipiēte corporis motū, quod Schema diximus inuenitur. Atq; hoc erit breuissimum tempus, quod inseparabile memoravi. Compositum uero quod potest diuidi: & quod à primo aut duplum est, aut triplum, aut quadruplum. Eatenus enim tempus omne numeri profertur, atq; ei finis est, qui plenæ rationis est terminus. Atque in hoc numerus toni similis inuenitur. Ut enim ille per quatuor species, hoc est, diesis dividitur: ita hic etiam quaternaria temporum modulatione concluditur.

De tribus temporibus numerorum.

Sed eorum temporum, quæ ad numeros copulantur, alia sunt quæ enrythmica tempora nomina= tur. Alia quæ arhythmata. Tertia, quæ rhythmoi= des perhibentur. Et enrythmica quidem sunt, quæ ratione certa ordinem seruant, us in dupli= ci, uel hemiolio, uel in alijs, quæ alia ratione bb > iunguntur

iunguntur. Arhythmata sunt, quæ sibi nulla omnino legge consentiunt, ac sine certa ratione coniuncta sunt. Rhythmoides uero in alijs numerum seruant, in alijsq; dissipciunt. Quorum temporum alia σποργύλα, hoc est, rotunda perhibetur. Alia πόριπλες. Et rotunda sunt, quæ procliuius & facilius quam gradus quidam, atq; ordo legitimus expedit, precipitatur. πόριπλες uero quæ amplius quam decet, moras composite modulationis innectunt, seque ipsa tardiore pronunciatione suspendunt.

Quid sit pes in numeris.

Sed temporum alia simplicia sunt, quæ podica etiam perhibentur. Pes uero est numeri prima progressio per legitimos & necessarios sonos iuncta. Cuius partes due sunt, arsis & thesis. Arsis est eleuatio. Thesis depositio uocis, ac remissio. Sed pedum differentiae sunt septem, per magnitudinem cum alios simplices, alios multiplices pedes ponimus. Et simplices quidem, ut est Pyrrhichius. Compositi uero, ut sunt peones, uel eorum parres. Et simplices quidem dicuntur, qui temporibus diuiduntur. Compositi autem, qui in pedes etiam resoluuntur. Alios uero Alogos, hoc est, irrationabiles nominamus, quorumq; ratio nulli prestatur. Sed incondita quedam compositio profertur. Alia deinde differentia est, quæ per diuisionem queritur, qualis existit, hoc est vox: cum uariè & multipliciter ea, quæ connexa fuerint, diuiduntur. Atq; illa qua simplices pedes esse multiplices nominamus. Alia est, quæ per diuisionem fieri consuevit. Septima, quæ per oppositum fit, id est, cum duobus pedibus

pedibus acceptis, unus habet prolixius tempus, quod procedit ex ordine. Illud autem tempus, quod insequitur angustius: uel cum per contrarium ordinem tempora praedita uertuntur.

De tribus rhythmicis generibus.

Rhythmica uero genera sunt tria, que alias Dactylica, Iambica, Peonica nominantur, alias æqualia, alias hemiolia duplia. Denique etiam epitritus sociatur. Enim unus semper cum sibi fuerit aptatus, ut æqualis conuenit. Tria uero ad duo numerus hemiolus est. Duplex uero qui fuerit ad singularem geminam rationem tam syllabarum, quam temporum seruat. Quatuor uero ad tria, epitriti modum faciunt. Sed que æqualia diximus, eadem dactylica esse dicimus. Denique in dactylico genere signa æqualia sibi iure neglectuntur. Verum ad alterum, uel ad numerum geminum duo uelut forte æqualitas numerosa decurret. Sequitur Iambicum genus, quod dilapsium superius expressi. In quo pedū signa duplice rationem ad inuicem seruant, siue unius ad duo, siue ad quatuor gemini, uel quicquid ad duplum currit. Hemiolium siue, quod peonicum memoratur, tunn est, cum pedum signa hemiolij rationem iusq; sectantur, ut ad duo tria sunt. Accidit autem etiam in Epitriti, rationem sepe numerus, cū pes in eo accipitur, qui sit ad tria quatuor. Sed iam ad ordinem recurramus.

De æquali duplo, hemiolio, & epitrito genere.

AEquale est igitur numeri genus, quod à dismo usque in sedecim pedes procedit. Dismus autem

b b 3

appellatur

appellatur pes, qui per arsim et thesim, primus constare dicitur, ut est leo. Duplum uero incipit a trisimo decem et octo autem syllabas in fine usque deducet. Hemiolium sane ab Pentasemo dicit exordium. Impletatur autem in quindecim numeris. Epitritus ab Eptasemo principium facit quatuordecim semilibus, id est, ponens, cuius difficilis est usus. Atque hos quidem omnes numerorum ordines ideo numerauimus, ut singulorum leges per unius seruentur. Sed numerorum alij sunt compositi, alij incompositi, alij permixti. Et compositi e duobus generibus, uel pluribus cohaerent. Incompositi, qui uno pedum genere consistunt, ut sunt tetrastemi. Mixti uero, qui aliquando in pedes, aliquando in numero accipere debemus. At uero eorum, qui compositi esse dicantur, alij per copulas, alij uero per periodum colligantur. Etenim ɔv̄uyā id est, copula duorum pedum in unum est asserta connexio, qui in dissimiles sibi positi esse uidentur. Periodus autem est pedum compositio plurimorum: quicunque dissimiles sibi impares sociantur. Dissimilitudinem sane differentiae tres erunt, per magnitudinem, per genus, per oppositionem. Per magnitudinem cum ex disfemo, uel tetrasemo componitur numerus. Per genus, cum dilapsium, aut hemiolium simul iungimus, uel quod ex pluribus equaliter copulatur. Per oppositionem, id est, per antithesim, cum aut primos dissimos ponimus, aut in sequentibus longe prioribus. Aut tetrasemos dissimis in sequentibus applicamus... Verum notum esse conueniet, unum etiam pedem possit sufficere ad comprehendendam periodon: si solus ceteris inequalibus inseritur.

De

Sed eorum quæ in pedem recidunt, Dactylicum genus primum est, in quo genere pedes incompositi uocabuntur. Qui numeri sunt quinque, id est, Proceleumaticus, Anapestus, Spondæus simplex, et spondæus maior. Ac proceleumaticus quidem est, qui ex positionem breuem, ex elationem breuem retinet. Utetur autem hic idē tetrasemo frequentius. Namque ex dissemus huic, id est, qui duobus temporibus impletur. Proceleumaticus quidem, sed breuior nominatur. Ille uero maior est, qui ex quatuor brevibus efficitur. At uero breuior, id est, dissemis Syneces uocatur, quia ipsa assiduitas, et frequentia comprehendentis se inuicem syllabæ, nec magnitudinem aliquam, nec modum diuisæ potestatis extendit, ideo que eo raro uti decet, ne assiduitas brevis syllabæ carmen ipsum, quod cum dignitate aliqua proferri oportet, incidat. In permixtionem uero aliorum pedum, qui longiores ponuntur, decenter aptatur, ut illorum prolixam ram interueniente sua celeritate compenset. Quare Proceleumaticus qui ad numeros aptatur, quadrifemo exordium debet accipere. Anapestus, qui uocatur minor, accipiet elationem pedis unius temporis: positionem uero duorum temporum faciet. Monochronon quippe dicitur tempus etiam cum longa ponitur, quæ longa duo tempora recipere consuevit. Vel cum tria tempora simul brevia collocantur, uel cum sunt quatuor numero: quæ omnia ad comparationem longæ syllabæ computantur. Igitur maior Anapestus elationem quidem suscipiet, quæ Monochronos esse dicatur. Positionem, Dichro-

non habere monstratur. Quare utriusque temporis, quod in positione fuerit aequali sibi posito oportet elationis gemimum tempus accipere. Ita tamen ut utroque in sequenti tempore par priori esse videatur. Quare anapestus $\alpha\pi\tau\circ\mu\epsilon'\circ\nu\circ$ dactylicus a nobis esse dicitur. At uero anapestus, qui $\alpha\pi\tau\circ\lambda\acute{a}\circ\circ\nu\circ$ nominatur ex duabus brevibus, que in elatione sint, et ex una, que in positione fit, copulatur. Simplex uero spondeus erit, qui ex productione tam arti, quam thesi iungitur. Maior uero dicitur, qui quaternariam non solum elationem, sed positionem etiam uidetur admittere. Per copulam uero duplices accedunt numeri. Quoniam alter ex maiore erit ionico, alter ex minore. Atque ille qui ex maiore procedit, constabit ex spondeo simplici, uel proceleumatico, quem dissem est non dubium est. Qui uero ex minore est, contrarium facit. Atque hi quidem in Dactylico genere ponentur, rhythmii incompositi, ac compositi, qui septem numero omnies erunt. Dactylus igitur est dictus, quia ordinem syllabarum consimilem digito hominis informat. Anapestus uero quia per ordinem redeat sursum. Pyrrhichius uero, id est, proceleumaticus, quia hic assiduus, uel in certamine, uel in ludo quodam puerili. Spondeus, quia plerique inseruit. Ionicus sane propter numerorum inaequalem solum: habet enim duas longas, duasque correptas, quo pedum carmine multi sepe reprehensi sunt.

De Iambicis metris.

HAEC de Dactylicis satis: Nunc Iambica memoremus: in quo genere numeri incompositi erant, quatuor compositi

compositi per copulam duo: at uero per periodum sunt duodecim. Qui igitur incompositi erunt, isti sunt Iambus ex dimidia elatione, quæ breuis est, et positione, quæ gemina est. Trochæus ex duplice positione, et elatione, quæ breuis est. Orchius qui ex tetrasemi elatione, id est, arsi, et octaseni positione constabit: ita ut duodecim tempora hie pes recepiſſe uideatur. Atque habet propinquitatem quandam cum lambico pede. Quatuor enim primis temporibus ad lambum consonat, reliquis octo temporibus adiunctis. Dehinc trochæus, qui Semanticus dicitur, id est, qui è contrario octo primis positionibus constet; reliquis in elationem quatuor breuibus artetur. Compositi sanè sunt, qui per copulas colliguntur. Sunt autem hi Antibacchus, qui ex trochæo deducit auspicium. Fine autem lambici terminatur. Qui uero Bacchius est, à Lambo principia sortitur. Atque à contrario his, quos diximus, pedibus aptabitur. Per periodum uero est, quod uelut per se certam viam prouenit. In hoc genere cum sint duodecim numero, quatuor quidem per singulas periodos accipere docetur: unum Iambū, ac tres trochæos. Ac de hisdē quatuor primum quidem, quod Iambum habere monstratur: Trochæus Lambo denominatur. Qui uero rhythmus secundum Iambum recipiet à Bacchio, trochæo uocabitur. Qui uero Iambum tertium recipit, Bacchius à trochæo poterit nominari. Ille uero, qui quartum admittit Iambum, appellatur epirititus Iambus. Eorum uero, qui ex uno trochæo fit, etiam Iambus à trochæo appellatur. Secundus Iambus à Bacchio dicitur, aut certè Bacchius à Lambo nominatur. Qui uero quartum recipit trochæum, epirititus trochæus appellatur. Octo uero et quatuor de

bb s his,

his, quos duodecim diximus, per periodum illi esse dicuntur, qui bimos trochaeos, atque Iambos per Pyrrichium seruant. Atq; ille primus trochaicos recipit, duplex Bacchius à trochaeo esse dicitur. Qui uero secundos Iambos habebit, duplex Bacchius à trochaeo esse dicetur. Qui uero secundum Iambum habebit, ex duplex Bacchius à Iambo nominatur. Cum autem trochaei medio collidantur, trochaeus medius iure dicetur. Cum autem in medio Iambi, medius Iambus uocatur. Omnes uel qui incompo-
siti per periodon, uel qui per copulā colligantur, rhyth-
mi decem ex octo numerati sunt. Sed Iambus dictus est
ab eo, quod in *Ιαμβί* ex Greco detrahere dixerunt. Et hoc
carmine, quibus que ueteres detrahebant. Item hoc no-
men est ab eo, quod uenenum maledicti, aut liuoris infun-
dat. Trochaeus uero ab eo dicto, quod celerem reuersione-
faciat, ueluti rota. Orthius propter honestatem positio-
nis est nominatus. Semanticus sane, quia cum sit tardior
tempore, significationem ipsam producte ex remanentis
cessationis effingit. Bacchij uero sunt dicti, quod Bacche
dis maximè sonis congruunt: is que Bacchi ludus est, qui
in illis carminibus aptatur.

De Pæonico genere.

IN eo uero genere, quod præonicum nominatur incom-
positi duo rhythmii esse dicuntur. Quorum alias Pæon
παιωνίου appellatur ex longa positione, ex longa
elatione. Ac alter Pæon Epibatis, id est, in thesi duplice
positione productus, ex arsi longiore ducitur. Hi sunt
Pæonici generis numeri, quos in compostos esse prædi-
ximus.

ximus. Neque uero per coniunctionem, hoc est, συγνόνιμη, neque per periodum in isto genere rhythmus accedit, Inde διπλάσιος quidem dictus est id est, quasi duplicita membra discernat. Epibatos autem, quia membris ueluti utens quatuor ex tria, diuersitatibus copulatur.

De permixtis generibus.

Verum haec genera cum permixta fuerint species a bus numerorum, primae species erunt istae, quae Dociminae nominantur. Ex quibus prius quod fuerit hac lege componitur, ut sit ex iambo, et peone, quia διατόνης uocantur, bunc διάτονον posteriores Graei cognomimarunt. Secunda est species, que ex iambo dactylico et peone constare monstratur. Qui autem ducti numeri nominantur propter assiduum et compostum sonum appellari uidentur. Fiunt autem numeri, qui ex prosodiaci uocantur. Quorum alij per ternos pedes fiunt: Pyrrhichio, iambo et trochæo. Alij uero. iij. ut his. iiij. pedibus iambus primus aptetur. Alij uero ex duobus syzygijs, id est, copulis Bacchio et Ionico ἀπομεινο vos constare confuerunt. Sunt sanè, qui etiam irrationabiles esse dicuntur, quos analogos uocitamus, quos etiam chorios appellare consueuimus. Sunt autem numero duo, quorum alter Dijambi figuram respicit, et constat ex elatione, que λόγα est, et duabus positionibus. et numero qui est ad dactylum similis. Partibus uero ad numerū Ionicum iungitur, et Iambicum. Alius uero est numerus, qui trochaides nominatur, id est, qui figuram quamdam, speciemque trochæi habere uidetur, ex elationibus

bus geminis et longa positione consistens per contraria
riorum prioris effectus.

De quinque speciebus mixti generis.

Svnt autem mixti generis quinque, id est, Dactylicus per Iambum. Dactylicus in Bacchio incidens is, qui ueniat a^x trochaeo. Dactylicus per Bacchium, qui ex Iambo manauerit. Dactylicus in choreo, qui ex Iambi similitudine exordium mutuetur. Dactylicus per choreum, qui ex similitudine trochaei uideatur expressus. Et creticus quidem consonans ex trochaeo positione et inductione numeri componendi, et omnium figurarum pleina perceptio. Diuiditur hec in eas, quas et Melopoeia partes, quae sunt istae etiā etiū, id est, perceptio, per quam scimus, quo quantum numero utendum sit, χρήσις, id est, usus per quae positiones, elationes decēter aptamus: uigil, id est, permixtio, per qua quod oportunū fuerit ex arte miscemus. Tropi uero, ut in melopoeia, et in rhythmopoeia tres sunt, quos Systalticos dicimus, et in harmonicis eos superius memoriai. Numerū autē marē esse, Mōlos foemina nouerimus. Etenim melos materies est, que sine propria figura cēsetur. Rhy:hmus autē ope re quodam uirili actus tam formam sonis, quam uarios p̄st̄at effectus.

Quae cum harmonia intentis tam Diuis, quam Heroum populis augusta quadam suavitate percurreret, ad cantus, carminumque dulcedimes decenter regressa contineuit. Tunc quoque ioue assurgente, diuisque præambulis Cinesim modulata, in thalamum quoque uirginis magna suonorum uoluptate peruenit.

Tandem

Tandem senilem Martiane fabulam:
 Mischilo lusit, quam lucernis flamine
 Satyra pelasgos dum docere nititur
 Artes creagris uix amicas atticis:
 Sic in nouena decidit uolumina.

Hæc quippe loquax docta imdoctis aggerans,
 Fandis tacenda fârcimat, immiscuit
 Musas, deasq; disciplinas cyclicas:
 Garrire agresti cruda fixxit plasmate
 Hac ipsa nauci rupta conscientia,
 Turgensq; uelle, ac bîle multa chlamyde
 Prodire doctis approbanda cultibus
 Possemq; comes utq; è Martis curia
 Fœlices inquit, sed Capella flamine
 Indocta rabidū quem uidere secula
 Iurgis canimos blateratus pendere
 Pro consulari uerò dantem culmini,
 Ipsoq; dudum bombinatore flosculo
 Decerptum falce iam canescenti rota
 Beata alumnum urbs elise uidet
 Iugiorum murcidam uiciniam
 Paruo obfidem, uixq; respersum lucro
 Nictanti cura semnolentum lucibus
 Ob hoc creatum Pegascum gurgitem
 Decente quando possem haurire poculo
 Testem ego, nostrumq; ueternum prodidit:
 Secute nugis nate ignosce lectitans.

Martiani Capellæ de Musica, ex
 ultimi libri Finis.

Ordo Quaternionum.

A a b c d e f g h i k l m n o p q r s t .
u x y z aa bb.

Lugduni

E X C V D E B A T

Mathias Bonhomme.

VILLE DE LYON

XVIIE ANNEE DE SON ACTE

